

GABRIELIS BIEL

Collectorium circa quattuor libros
Sententiarum

AUSPICIIIS

HANNES RÜCKERT†

collaborantibus Martino Elze, Volker Sievers et Renata Steiger

ediderunt

WILFRIDUS WERBECK

et

UDO HOFMANN



1979

J.C.B. MOHR (PAUL SIEBECK)

BX 1749 .P4 B5 1973 V.3
BIEL, GABR 3171918 V.3
COLLECTORIUM CIRCA QUATTUOR
LIBROS SENTENTIARUM

GABRIELIS BIEL

Collectorium circa quattuor libros
Sententiarum

Libri tertius

Collaborantibus Volker Sievers et Renata Steiger

ediderunt

WILFRIDUS WERBECK

et

UDO HOFMANN



1979

J.C.B. MOHR (PAUL SIEBECK)

UNIVERSITY OF DALLAS LIBRARY

INDEX CONTENTORUM

Introductio	XI
Index supplementarius codicum et editionum, quas adhibuimus	XVIII
Signa editionum et codicum manuscriptorum, quae in apparatus I adhibuimus	XX
 Liber III	 1
Conspectus materiae libri tertii	3
Distinctio I	4
Q. 1: Utrum solus Filius Dei naturam humanam sibi univit in unitatem suppositi	4
Q. 2: Utrum Verbum et quaelibet persona divina indifferenter debeat assumere naturam quamlibet suppositi alteri	36
Distinctio 2	59
Q. un.: Utrum Verbum simul tempore assumpsit humanam naturam, et quamlibet eius partem immediate	59
Distinctio 3	76
Q. 1: Utrum Virgo Maria mater Dei fuerit aliquando maculata peccato originali	76
Q. 2: Utrum sicut peccati fomes fuit Virgini ablati, ita nec Christus in lunbis Abrahae est decimatus	96
Distinctio 4	105
Q. un.: Utrum beata Virgo Maria Dei et hominis Christi fuit mater vera	105
Distinctio 5	128
Q. un.: Utrum unio deitatis et humanitatis facta sit in natura vel persona assumentis	128
Distinctio 6	137
Q. 1: Utrum aliqua trium opinionum, quas Magister recitat in Littera, secundum veritatem catholicam sit tenenda	138

GIP-Kurztitelaufnahme der Deutschen Bibliothek

Biel, Gabriel:
[Collectorium circa quattuor libros sententiarum] Gabriels Biel col-
lectorium circa quattuor libros sententiarum / auspiciis Hanns Rückert,
collaborantibus Martino Elze... ed. Wilfridus Verbeck et Udo Hofmann.
- Tübingen: Mohr.
Einheitsacht: Collectorium super quattuor libros sententiarum
3. Liber tertius / collaborantibus Volker Sievers et Renata Steiger.-
1979.
ISBN 3-16-141162-5

Gedruckt mit Unterstützung der Deutschen Forschungsgemeinschaft

J.C.B. Mohr (Paul Siebeck) Tübingen 1979

Alle Rechte vorbehalten

Ohne ausdrückliche Genehmigung des Verlags ist es auch nicht gestattet, das Buch oder Teile
daraus auf photomechanischem Wege (Photokopie, Mikrokopie) zu vervielfältigen.

Printed in Germany

Satz und Druck: Laupp u. Göbel, Tübingen

Einband: Großbuchbinderei Behr, Koch, Tübingen

Q. 2: Utrum, sicut in Christo est aliquod esse aliud ab esse increato, ita dici posset catholice, quod Christus sit aliqua duo	142
Distinctio 7	153
Q. un.: Utrum per idiomatum communicationem concreta utriusque naturae Christi, divinae scilicet et humanae, praedicantur de seinvicem vere et affirmative	153
Distinctio 8	178
Q. un.: Utrum filiatio in Christo, qua aeternaliter genitus est a Patre, et filiatio, qua genitus est temporaliter a matre, sint relationes reales abinvicem realiter distinctae	178
Distinctio 9	186
Q. un.: Utrum humana Christi natura sit laetra adoranda	186
Distinctio 10	196
Q. un.: Utrum Christo secundum quod homo conveniat filialis Dei adoptio; quod est quaerere: Utrum Christus secundum quod homo est Filius Dei adoptivus	196
Distinctio 11	203
Q. un.: Utrum Christus, qui secundum sermonis proprietatem creator dicitur, etiam creatura catholice asseratur	203
Distinctio 12	209
Q. un.: Utrum assumpta natura vel persona Christi, qui verus est Deus et homo, potuit subiacere peccato	209
Distinctio 13	215
Q. un.: Utrum summa creabilis gratia sit animae Christi collata	215
Distinctio 14	235
Q. un.: Utrum intellectus Christi creatus omnia sciivit, quae ab aeterno naturaliter Verbum novit	235
Distinctio 15	258
Q. un.: Utrum anima Christi secundum quamlibet eius partem habuit maximam tristitiam et dolorem	259
Distinctio 16	285
Q. un.: Utrum Christus secundum hominem habuit moriendi necessitatem	285

Distinctio 17	294
Q. un.: Utrum in Christo fuerunt plures voluntates sibi in voto semper conformes	294
Distinctio 18	304
Q. un.: Utrum Christus meruit in instanti conceptionis et post in tempore passionis	304
Distinctio 19	320
Q. un.: Utrum Christus sua passione benedicta omnibus propagatis et propagabilibus ex Adam meruit sufficienter peccati remissionem, gratiam, regni apertionem et gloriam	320
Distinctio 20	330
Q. un.: Utrum reparatio generis humani necessario facta fuit per passionem hominis Christi	330
Distinctio 21	337
Q. un.: Utrum propter solius animae separationem a carne Christus fuerit vere mortuus, manente unione divinitatis cum utraque	337
Distinctio 22	343
Q. un.: Utrum Christus in triduo fuerat verus homo	343
Puncta summaria materiam dominicae incarnationis epilogantia	352
Distinctio 23	360
Q. 1: Utrum virtus sit habitus, potentia, passio vel actus	361
Q. 2: Utrum ad credendum omnia credibilia una fides infusa sit sufficiens et necessaria	403
Distinctio 24	428
Q. un.: Utrum creditibilium revelatorum in eadem anima simul esse possit fides et scientia	428
Distinctio 25	441
Q. un.: Utrum omnes fidei articulos in Apostolorum Symbolo distinctos sufficienter ac specifice utriusque Testamenti fideles credere teneantur explicite	441
Distinctio 26	462
Q. un.: Utrum spes sit virtus theologica a fide et caritate realiter distincta	462

Distinctio 27	481
Q. un.: Utrum caritas sit habitus inclinans voluntatem hominis ad observationem perfectam praecepti caritatis	481
Distinctio 28	513
Q. un.: Utrum tantum quattuor rerum genera sunt eodem caritatis habitu diligenda	513
Distinctio 29	521
Q. un.: Utrum ordinis observatio circa diligibilia dilectione gratuita sit ad salutem consequendam necessaria	521
Distinctio 30	532
Q. un.: Utrum dilectio gratuita, quae de necessitate praecepti impenditur inimico, sit magis meritoria quam ea, quae redditur amico	532
Distinctio 31	541
Q. un.: Utrum in patria sine imperfectione manent virtutes theologicae	541
Distinctio 32	549
Q. un.: Utrum Deus ab aeterno diligit ex caritate aequaliter omnia, creata et creabilia	549
Distinctio 33	557
Q. un.: Utrum praeter virtutes theologicas virtutes cardinales sint ponendae in parte rationali aut sensitiva subiectatae	557
Distinctio 34	566
Q. un.: Utrum necessarium est ponere dona, fructus et beatitudines a virtutibus theologiceis et moralibus realiter differentes	566
Distinctio 35	580
Q. un.: Utrum sicut timor et caritas in eodem subiecto repugnant, ita sapientia, intellectus, scientia et consilium realiter inter se differunt	580
Distinctio 36	595
Q. un.: Utrum omnes virtutes in genere sint adinvicem connexae	595
Distinctio 37	626
Q. un.: Utrum ad praecepta decalogi legis naturae indispensabilia referantur omnia alia legis mandata	627

Distinctio 38	643
Q. un.: Utrum mendacium in viris perfectis culpa sit mortalis	643
Distinctio 39	661
Q. 1: Utrum licitum sit iurare in testimonium veritatis et in obligationem servandae promissionis	661
Q. 2: Utrum omne perjurium sit mortale peccatum	685
Distinctio 40	698
Q. un.: Utrum a veteri lege distet lex nova, per praecepta, sacramenta et promissa	698

[Dubium 3]

Tertio dubitatur, quid sit articulus fidei.

Dimissis difficultatibus, dico quod articulus fidei est veritas revelata in se vel suo antecedente, pertinens ad religionem. Et ita omnis veritas credenda est articulus fidei.

Et dicitur 'articulus' ab artando, quia artat nos ad credendum explicite vel implicite. Tenetur enim quilibet fidelis implacite credere omnem veritatem fidei, quia tenetur credere principia, ex quibus quaelibet veritas fidei inferitur, ut dicitur distinctione sequenti.

N 8 sequenti] *add.* G: Et tantum de illa questione

N 5/6 Cf. Alex. III q.69 m.1 n.698
 praenot. et sol. (IV, 1112a;
 1113b); Bonav. III d.24 a.3
 q.1; Thom. III d.25 q.1 a.1

qla.1 (n.9); S.Th. II/II q.1 a.6
 arg.3.
 Cf. Biel III d.25 E.M.

DISTINCTIO VICESIMA QUINTA

<Summarium Textus>

Post determinationem de fide quantum ad eius substantiam et obiectum in praecedentibus duabus distinctionibus, in hac dist. 25 *Magister* agit de eadem quantum ad subiectum, hoc est quantum ad credentes. Inquit enim, qualis fuerit fides patrum utriusque Testamenti, qualem etiam oportet esse fidem simplicium.

Continetur autem sententia Textus in subiectis tribus conclusionibus.

Prima conclusio: Omni tempore salvandis necessaria fuit fides mediatoris, quamvis ipsa sicut et cognitio quantitate et devotione creverit processu temporis.

Quantitate dicit quantum ad numerum articulorum explicite credendorum; devotione quantum ad inhaesionis firmitatem.

Secunda conclusio: Ad fidem maiorem quantitate et devotione tenebantur utriusque Testamenti maiores quam subditi indocti et simplices.

Tertia conclusio: Fides, spes, caritas et operatio quantum ad aliquid sequantur in via, licet fides et spes transeant manente caritate in patria.

QUESTIO UNICA

Circa hanc distinctionem quaeritur:

A

Utrum omnes fidei articulos in Apostolorum Symbolo distinctos sufficienter ac specificae utriusque Testamenti fideles credere teneantur explicite

Tribus articulis quaestio absolvetur: In primo praemittentur terminorum declarationes, in secundo ponentur conclusiones, in tertio subtingentur dubiorum solutiones.

[Articulus 1]

[Notabile 1]

<De Symbolo Apostolorum>

Quantum ad primum est notandum quod, licet omnia credenda in Scriptura canonica continentur, tamen quia laetissima est, apostoli, per quos fides mundo annuntiata est, priusquam in omnem terram divisi sunt, quasdam principales veritates

- | | | | |
|----|---------------------------|----|---------------------------------|
| 1 | substantiam] instantiam I | 11 | Testamenti] <i>add.</i> Bl. tam |
| 8 | conclusio om. G | 12 | conclusio om. G aliquid GL |
| 10 | conclusio om. G | | (Lomb.)] aliquid TB |

- | | | | |
|-------|-------------------------------|-------|-------------------------------|
| 6/7 | Cf. Lomb. III d.25 c.1 n.175 | 12/13 | Cf. Lomb. ib. c.5 n.179 (MPL) |
| | (MPL 192, 809). | | 192, 810s). |
| 10/11 | Cf. Lomb. ib. c.2 n.176 (MPL) | | |
| | 192, 809s). | | |

a fidelibus credendas, ad quas reliquae facile reduci possunt, simul concluduntur, ut sic a fidelibus facilis et caperentur et memoriae commendarentur. Haec autem collectio Symbolum Apostolorum nominatur, a «syn^o», quod est 'com', et «holos», quod est 'particula' vel 'morsellus', quasi 'particularum collectio'. Nam quilibet apostolorum particulam aliquam quasi holum suum apposuit.

Cuius Symboli partes sive articuli distinguuntur dupliciter secundum doctores communiter, scilicet vel secundum credita vel secundum auctores ipsum cooordinantes.

29 nantes.

(Distinctio secundum credita)
Quantum ad credita continet 14 articulos. Nam cum articuli omnes nobis expriment credenda de Deo — in Deo autem consideramus ea, quae respiciunt Deum secundum naturam propriam, id est divinam, et etiam ea, quae respiciunt naturam assumptam.

25 assumptam.
Circa Deum in se consideramus naturam, personam et operationem Deo propriam. In natura est unitas, in personis trinitas. In effectibus, quos solus Deus in creatura operatur, est honorum participatorum triplicitas. Secundum haec sunt septem articuli.

20 Quorum quattuor respiciunt Deum quantum ad intrinseca sine respectu ad creaturas. — Primus naturae unitatem, qui est: «Ordo in Deum, non deos, id est in unum, non plures. — Reliqui tres personarum Trinitatem. Horum primus respicit personam Patris, quo dicitur: «Patrem omnipotentem; secundus personam Filii, qui est: «Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum»; tertius personam Spiritus Sancti, cum sequitur: «Et in Spiritum Sanctum».

35 personam Spiritus Sancti, cum sequitur: «Et in Spiritum Sanctum».
Et quia tantum in Deum tanquam in primam et infallibilem veritatem et summum bonum super omnia diligendum credimus (hoc enim est credere in Deum: credendo amore inhaerere Deo, ut docet *Magister* dist. 23; siquidem omnis creatura vanitati subiecta est, Rom. 8), ideo tantum in his dictis articulis, qui concernunt naturam et personas divinas, praepouitur praepositio 'in', et nullis aliis.

40 nunt naturam et personas divinas, praepouitur praepositio 'in', et nullis aliis.
Tres etiam articuli expriment triplicem operationem Deo propriam quantum ad tres effectus in creatura consequentes. Haec sunt creare, iustificare, beatificare. Quae operationes soli Deo conveniunt. Solus Deus creat, produciendo aliquid de nihilo; solus iustificat, peccata dimittendo; solus beatificat, vitam aeternam con-

13	reduci possunt] adduci possent G	19	scilicet om. G
16	quod est om. TBL particula- rum] particularorum TB	39	qui] quae GTBL
18	Cuius] Huius G	43	Quae] Qui G
15	Cf. Demz. II-30.	24/25	V. infra B 1-7.
18/20	Cf. e.g. Bonav. III d.25 a.1 q.1;	28/29	Cf. Scot. ib.
	Thom. III d.25 q.1 a.2 (n.32);	31/35	Cf. Thom. ib. (n.33); Scot. ib.
	Scot. III d.25 q.1 n.4 (VII/1,	37/38	Cf. Lomb. III d.23 c.4 n.180
	497).		(MPL 192, 805).
23/27	Cf. Thom. ib. (n.32-33); Scot. ib.	38/39	Rom 8,20.
23/24	V. infra lin.26-68.		

ferendo. Terminatur autem haec triplex operatio Dei ad tres effectus in creatura consequentes, qui sunt triplex esse participatum creaturae. Nam per creationem datur esse naturae, per iustificationem esse gratiae, per beatificationem esse gloriae. Nam «gratiam et gloriam dabit Dominus», ut dicitur in Psalmo.

Primam operationem exprimit ille articulus: «Creatorem caeli et terrae»

50 Secundam iste: «Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum». Tria enim haec concurrunt in iustificatione impii, scilicet infusio gratiae et caritatis, per quam peccatori peccata remittuntur ipsaque gratificatur Deo et per hoc iustificatur et ecclesiae incorporatur ut membrum vivens, non tantum numero, sed et merito; neque extra ecclesiam potest fieri remissio peccatorum. Hanc autem iustificationem per infusam caritatem sequitur communitio sanctorum, quo peccator iustificatus participat omnia bona sanctorum omnium iuxta illud *Prophetiae* in persona peccatoris iustificati: «Particeps sum ego omnium timentium te et custodientium mandata tua». Caritas enim, quae non quaerit quae sua sunt, facit omnia communia. Et ita tria haec in uno articulo comprehenduntur, quia pertinent ad unam operationem divinam, scilicet peccatoris iustificationem.

Tertiam operationem, scilicet beatificationem, exprimit ille articulus: «Carnis resurrectionem et vitam aeternam, Amen». Perfecta enim beatificatio complectitur gloriam corporis et animae, quae confertur post resurrectionem carnis in vitam aeternam.

55 Sic ergo patet distinctio septem articulorum concernentium Deum secundum se quantum ad intrinseca et quantum ad extrinseca, operationes scilicet sibi proprias, quas in creatura operatur.

Septem etiam articuli respiciunt Deum Christum quantum ad naturam assumptam. Hi sunt: conceptio, qua incarnatum est Verbum, natiuitas ex incorrupta Virgine, passio, quae comprehendit crucifixionem, mortem et sepulturam (ideo totum illud: «Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus» ad unum articulum pertinet), descensio ad inferna, resurrectio, ascensio et adventus ad iudicium; siquidem in forma humana viros et mortuos iudicabit.

Et satis patet articuli se ex ordine in Symbolo consequentes.

Verum quantum ad primos septem articulos non servarunt apostoli ordinem praemissum, sed propter facilitatem intellectuum simplicium et memoriam tenaciorum in ordine suo duo attenduntur:

63	Amen del. G colore rubro	B 1	quantum ad] secundum G
67	intrinseca ... extrinseca] extrinseca et quantum ad intrinseca G	4	sepultus] add. G: est
45/47	Cf. Bonav. ib.; Thom., S.Th.	53/59	1Cor 13,5.
	II/II q.1 a.8 corp.	B 1/5	Cf. Bonav. ib.; Thom. ib. (n.35); S.Th. II/II q.1 a.8 corp.; Scot. ib. (VII/1, 498).
48	Ps 83,12.		
67/68	Ps 118,63.		

(1.) Primo ordinem naturae et personarum.

Natura est prior communitate, quia una in omnibus tribus personis; ideo primus articulus est de unitate naturae.

Inter personas est ordo originis, secundum quem ordinaverunt articulos personas secundum sua propria et appropriata concernentes.

Unde, quia prima persona est persona Patris, cui appropriatur potentia, post articulum unitatis naturae posuerunt duos articulos concernentes Patrem, unum quantum ad propria, cum dicitur: »Patrem«, alium appropriata, cum dicitur: »Omnipotentem, creatorem caeli et terrae«. Creatio enim omnipotentiam respicit.

Deinde posuerunt omnes articulos concernentes secundam personam, scilicet Filii; primo articulum respicientem naturam divinam, deinde respicientes humanam assumptionem, quorum ultimus est ad ventus ad iudicium, quia in forma humana indicabit iuxta illud: »Quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum, sic veniet«, Act. 1.

Hinc sequuntur articuli concernentes Spiritum Sanctum, personam tertiam, quantum ad propria, cum dicitur: »Credo in Spiritum Sanctum«. Deinde articuli expremes duas operationes Trinitatis, quae appropriantur Spiritui Sancto, scilicet in ipsi iustificatio et glorificatio, quorum principium est divina bonitas, quae Spiritui Sancto appropriatur. Unde ipse est ecclesiae rector et sanctificator; ipse communio sanctorum, ipse enim caritas increata, per quem bona singulorum omnibus communicantur; ipse et remissio peccatorum, sicut in quadam collecta orat *Eccelesia*; ipse denique illuminat et accendit ad visionem et fructiorem, in quibus consistit finalis beatitudo. Et hic ordo facilitati convenit intelligendi.

(2.) Propter faciliorem memoriam servarunt aliquo modo ordinem temporis. Unde post articulum aeternitatis divinae naturae et primae personae additur articulus creationis, quae est opus primum in tempore. »In principio« enim fecit »Deus caelum et terram«. In tempore sequitur incarnatio secundae personae et acta ae passa in carne secundum ordinem temporis. Deinde tertia persona cum suis appropriatis et operationibus, quae terminantur in retributione finalis et aeternae felicitatis. Quae bene conferunt memoriae.

(Distinctio secundum auctores)

Distinguento autem articulos secundum auctores, quia duodecim sunt apostoli Symbolum constituentes, duodecim erunt articuli.

Illa tamen distinctio satis confusa est, quoniam quandoque unus apostolus plures articulos apposuit, alius partem articuli unius vel plurimum. Unde Petrus dicitur tres primos articulos posuisse.

18	cum dicitur (2) om. G	36	quae] qui BI
26	propria] proprietatum B; appro- priatum L	39	terminantur] terminatur BI

23/24 Act 1,11.

28/29 Cf. Thom. III d.25 q.1 a.2

(n.34).

31/32 Cf. fer. III infra ocl. Pentecost,
postcoem.

36/37 Gen 1,1.

Verum quis quem apposuit, discordant doctores. Nam sanctus *Thomas* et *Scotus* concorditer ponunt quod »horum articulorum tres« primos »Petrus in unum complexus est, scilicet articulum de unitate essentiali, de omnipotentia Patris, de opere creationis«. Ideo quia Petrus caput est apostolorum, posuit articulos concernentes Patrem, »qui est fons totius Trinitatis«. »Iohannes articulum de persona Filii.«¹⁰ Articulus »de conceptione et nativitate« temporali Filii »in unum coniunxit Iacobus Zebedeus, qui maior dicitur. Articulum passionis posuit Andreas, articulum de ascensione ad inferos posuit Philippus, resurrectionis Thomas, ascensionis Bartholomaeus, adventus ad iudicium Mattheus. Articulum personam Spiritus Sancti concernentem posuit Iacobus Alphaei.«¹¹ Opus gratiae diviserunt duo apostoli: nam Simon posuit effectum gratiae in consecutione boni, scilicet »Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem«, Indas Iacobus in remotione mali, scilicet »Peccatorum remissionem«. »Effectum gloriae posuit Mattheus vel Iheron Thomas, ut *alii* dicunt.«

Beatus autem *Bonaventura* et quidam *alii* aliter assignant. Sed parum refert scire, quis quem apposerit, quoniam unus est Spiritus Sanctus, qui fidem apostolis revelavit et per omnes Symbolum tanquam auctor principalis composuit.

(De aliis symbolis)

Hic autem Symbolo Apostolorum addita sunt duo alia, scilicet Symbolum *D* Nicaeni concilii et Symbolum Athanasii, »ad maiorem fidei explanationem et haerensum confutationem«.

Athanasii ordinatum est contra errorem Arianum. Unde maxime exprimitur divina essentialitas unitatem et personarum distinctionem, quodque »Christus est aequalis Patri secundum divinitatem« et minor secundum humanitatem, in quo erravit Arius. Symbolum Nicaenum ordinatum est ad confutandum multarum haerensum errorum, scilicet Manichaei, qui posuit duo principia, unum bonorum et spirituum, aliud malorum et corporum. Unde contra eum datur expressio: »Credo in unum Deum.« Sequitur: »Factorem caeli et terrae, visibilibus omnium et invisibilium.« Item contra errorem Arianum additur: »Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum« usque: »Per quem omnia facta sunt.« Item contra errorem Eutychetis et Nestorii, »qui dixerunt Spiritum Sanctum servum Patris et Filii«, additur: »Et in Spiritum Sanctum, dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit« etc. Et propter errorem Graecorum dicentium Spiritum Sanctum a solo Patre procedere additur: »Qui ex Patre Filioque procedit.« Item contra quorundam errorem, qui dicebant prophetas sicut fanaticos sive surrepticios locutos fuisse, additur:

C 14/15	concernentem] concernentes TB	11	omnium om. G
D 3	confutationem TBI (Bonav.)]	14	Et (3) om. G
	confusionem G	15	ex] a G
4	est om. TBI	18	dicebant] dixerunt G
9	et om. L		

C 7/19 Cf. Thom. ib. (n.36); Scot. ib. n.5

(VII,1, 498).

20 Cf. Bonav. III d.25 a.1 q.1.

D 1/20 Cf. Bonav. ib. ad 5.

5/6 Symb. Ps.-Athanasianum n.33

(Denz. 76).

11,12/13,14/15,17,19 Symb. Constantinopolitanum (Denz. 150).

30 Biel, Collectorium III

«Qui locutus est per prophetas: « Non tangit autem hic hoc Symbolum de deo sensu ad inferos, quia nulli vel pauci circa hunc articulum erraverunt.

Legitur autem quotidianis Symbolum Apostolorum in primis et completis secreta, quia conditum est fide nondum publicata, sed publicanda. Sed alia duo aperte leguntur certis diebus: Nicænum in missa et Aphanasii in primis, quia composita fuerunt fide iam publicata. Haec sanctus *Bonaventura*.

[Notabile 2]

Secundo notandum quod duplex est fides, explicita et implicita. Et secundum hoc aliqua veritas explicite creditur, alia implicita.

Fides explicita est actualis assensus catholicee veritatis, sive universalis sive particularis. Sic quicumque apprehendit aliquam veritatem catholicam et ei assentit, habet fidem explicitam illius veritatis; ut assensus illius: «Omne revelatum a Deo est verum», «Canon Biblicae est verus», «Christus salvavit 5000 ex quinque panibus et duobus piscibus» etc.

Fides implicita est fides habitualis aut actualis assensus alicuius propositionis generalis vel generalis includere omnes illas particulares, quae ex ea inferri possunt in bona consequentia immediate aut mediate, vero coassumpto. Exemplum: «Omne verum est verum» est fides implicita; non quidem illius: «Omne contentum in Scriptura canonica est verum» est fides particularium veritatum in canone contentarum, ut illius: «In principio creavit Deus caelum et terram», «Adam electus est de paradiso», «Christus conavit cum discipulis» etc.

[Corollaria 1-4]

Corollarium: Omnis fides habitualis est fides implicita veritatis, ad cuius assensum inclinatur.

Secundum corollarium: Eadem fides actualis est implicita et explicita respectu diversorum.

Nam assentiens illi: «Quidquid credit ecclesia, est veritas catholica» habet fidem explicitam illius propositionis: «Quidquid credit ecclesia, est veritas catholica», et habet fidem implicitam omnium veritatum, quas credit ecclesia. Nam assentiendo huic explicitae: «Quidquid credit ecclesia» etc., implicitae assentit omnibus veritatibus, quae ex illa deduci possunt, sicut huic: «Evangeliolum continet catholicam veritatem». Nam illa sequitur ex praemissa, vero coassumpto, sic arguendo: «Quidquid credit ecclesia, continet catholicam veritatem; evangeliolum credit ecclesia; ergo evangeliolum continet catholicam veritatem».

19	hic om. G	20	est ... explicita] et habitualis est explicita et implicita G
21	completis] completoris G		
23	et om. I	25	etc. om. G
E 7	etc. om. BL		
14	contentarum] contentorum TBL		
	creavit] creavit T		

D 21/24 Cf. Bonav. ib.

Corollarium tertium: Habens fidem infusam omnia credibilia credit implicitae, etiam si actu nihil apprehendat.

Hinc infantes baptizati nondum rationis usum habentes omnia credenda implicitae credunt.

Corollarium quartum: Sicut aliquem implicitae credere aliquam veritatem et explicite ei dissentire, immo eius opposito consentire.

Patet: Posito quod aliquis credat sicut ecclesia credit, hoc est credat illam: «Quidquid ecclesia credit, verum est» et dissentiat huic: «Abraham habuit plures uxores», et assentiat eius opposito, credens ita sentire ecclesiam: Ille implicitae credit illam: «Abraham habuit duas uxores», quia sic credit ecclesia, et explicite eam discredidit.

<De utilitate fidei implicitae>

Haec fides implicita, qua fidelis credit quidquid ecclesia credit, utilissima est fidei. Nam si fuerit in corde, defendit ab omni haeretica pravitate, ut dicit *Occam* in tractatu De sacramento cap. 1 et post eum *Gerson* cancellarius. Non enim aliquatenus haereticari valet qui corde credit quidquid ecclesia catholica credit, id est qui credit illam: «Quidquid ecclesia credit, est verum». Quoniam talis nunquam pertinet ad errorem contrario fidei adhaeret. Nam etsi erroneum aliquod credit, postquam sibi ostenditur contrarium huius credere ecclesiam, continuo corrigit errorem. Non enim stant simul credere illam: «Verum est quidquid ecclesia credit» et non credere aliquod, quod ecclesia credit, apprehensum ut tale.

Hinc *Guilielmus Occam* libro III p. I sui *Dialogi* cap. 1 dicit: «Credere implicitae est alicui universalis, ex qua multa sequuntur, firmiter assentire et nulli contrario pertinaciter adhaerere. Et ideo qui firmiter tenet omnia tradita in Scriptura et universalis ecclesiae doctrina esse vera et sana, et non adhaeret pertinaciter alicui assertioni contrariae veritati orthodoxae, fidem catholicam inviolatam tenet et integram, et est catholicus censendus.» Haec ille.

Et de hoc *Innocentius* papa in De officio missae. Cui alludit textus cum *Glossa* in cap. Firmiter De summa Trinitate et fide catholica § Si quis. Et *Glossa* in verbo «Corrigenda» ita ait: «Intantum valet fides implicita, ut dicunt aliqui, quod si ha-

39	duas] plures G	10	sui] suae TB
F 3	cancellarius om. G	16/18	De (2) ... ita] Glossa cap. Firmiter Extra De summa Trinitate et fide catholica G
4	qui] quae T	17	Firmiter] Damianus I
7	corrige] corrigit TBL		
8	Verum est om. G		
9	aliquod] aliquid GL		
E 34/39	Cf. Biel III d. 23 q. 2 O 60-67.	16	Cf. Innoc. III, De sacro altaris mysterio II c. 49 (MPL 217, 827).
F 2/3	Cf. Occ., Tractatus de sacramento altaris, c. 1.	16/17	Cf. § 2 c. 2 X de summa Trin. I 1 (RF II, 7). Cf. Glossa in rubricam X de summa Trin. I 1 fol. 1 vb in fine columnae).
3	Locum in quo hausit Gerson ex c. 1 tractatus Occam allegati non invenimus. De fide implicita cf. fortasse Opus. tripartitum de praecipuis decalogi, de confessione et de arte moriendi p. I c. 3 (Du Pin I, 429; cf. Gior. VII, 194).	18/24	Innoc. IV, Apparatus in c. 1 X de summa Trin. I 1 (fol. 2 rb); cti. apud Occ., De sacramento altaris, c. 1; cf. etiam Biel, Expos. canonis missae lect. 12 B (I, 94).
	10/15 Occ., Dial. I hb. III c. 1.		

bens eam falso opinaretur (ratione naturali motus) Patrem maiorem vel priorem filio vel quod tres personae sint tres abinvicem localiter distantes vel simile, non est haereticus nec peccat, dummodo hunc errorem pertinaciter non defendat et hoc ipsum credat, quia credit ecclesiam sic credere, et suam opinionem fidei ecclesiae supponit: quia, licet sic male opinetur: non tamen est illa fides sua, immo fides sua est fides ecclesiae. « Immo quod amplius est, nedum haec fides implicite ab haeresi et peccato defendit, sed etiam meritum facit et conservat in eo, qui errans falsum opinatur, quia sic putat ecclesiam credere.

Quod verum est, si error fuerit invincibilis. Unde si quis simplex et inermittus audiret praelatum suum praedicare aliquod contrarium fidei, de quo tamen non teneretur habere fidem explicitam, facta inquisitione, quam potest et debet, putans hoc a praelato suo sic praedicatum esse creditum ab ecclesia, et ita captivaret intellectum suum, credendo illud propter Deum, putans hoc ecclesiam credere, talis non solum non peccaret, sed etiam sic credendo falsum mereretur. Eliceret enim actum propter Deum ex caritate, quae « omnia credite secundum *Apoc. 17*, licet crederet secundum conscientiam erroneam. Non enim omnis credens secundum conscientiam erroneam peccat, sed qui credit aut agit contra conscientiam culpabiliter erroneam. Invincibilis autem error, qui manet postquam conscientia tantam inquisitionem fecerat quantum tenebatur et debuit, culpam non habet.

[Notitia 3]

Tertio notandum quod fideles, qui sunt membra ecclesiae, sunt in duplici differentia: quidam dicuntur maiores in ecclesia, quidam minores.

Maiores sunt, quibus incumbit officium regendi et docendi alios verbo veritatis et exemplo honestatis: sicut pastores ecclesiae, episcopi et curati et legentes in universitatibus et secundum *divinos* maxime in theologia.

Minores sunt simplices et subiecti, doctrina et regimine indigentes.

Et de his loquitur beatus *Augustinus* XIV De Trinitate cap. 1: « Non enim, ait, » quidquid scrii ab homine potest in rebus humanis, ubi plurimum supervacuae vanitatis et noxiae curiositatis est, hinc scientiae attribuo, sed illud tantummodo, quo fides saluberrima, quae ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur roboratur. Quia scientia non pollent fideles plurimi, quamvis polleant ipsa fide plurimi. Aliud est enim scire tantummodo, quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam, quae non nisi aeterna est; aliud autem scire, quem-

19	falso] falsa G	37	quantum] quantum L
20	tres (2)] <i>add.</i> G <i>in marg.</i> : res	G 5	et... aliquos <i>om.</i> G
24	ecclesiae] <i>add.</i> G: Haec ille	12	credere (<i>Awg.</i> , <i>Scot.</i>)] scire
26	aliquod] aliquid G	G T B L	
29	tenebatur] tenebatur G	13	beatam L (<i>Awg.</i> , <i>Scot.</i>)] bonam
32	non <i>om.</i> T B L mereretur] mere- tur T B	G T B	

33 Cf. 1 Cor 13, 7.
AUG., De Trin. XIV c. 1 n. 3
G 7/14
(Ochr 50 A, 424, 57-66; MPL 42, 1037); *lin.* 12ss *cit.* apud *Scot.*
III d. 25 q. 1 n. 6 (VII/1, 499).

admodum hoc ipsum et piis optuletur et contra impios defendatur. « Haec *Augustinus*. Ubi innotuit duplices ecclesiae filios: maiores, quorum est non tantum credere, sed etiam fidem defendere ac in eadem simpliciter instruere; minores quoque, qui maiorum instructione in fide instruantur, nutriuntur et roborantur. Et tantum de articulo primo.

[Conclusio 1]

Quantum ad secundum articulum est haec prima conclusio: Sicut salvandis omnibus necessaria fuit infusa fides pro quolibet statu ecclesiae, ita et actus fidei adultis utentibus ratione.

[Articulus 2]

Probatur quoad primam partem: « Quia, sicut anima non est accepta Deo, nisi ornatur et perficitur per caritatem quoad voluntatem, qui est habitus supernaturalis, » sic non acceptatur a Deo, nisi perficiatur habitu supernaturali quoad intellectum. Et sicut potentiae illae sunt naturaliter subordinatae in actibus, ita quod intelligere praecedat velle, sic prius perficitur intellectus quam voluntas. « Prius dico ordine naturae, non duratione. » Sicut igitur necessarium fuit hominibus in omni statu ecclesiae postlapsam, etiam ante adventum Christi, habere caritatem, sic et fidem. Non quod illae separari non possint — separantur enim in via, dum fides informis stat in infideli mortaliter peccante sine caritate —, sed quia Deus de lege ordinata, quam statuit, non perficit animam, nisi perficiat eam secundum totum, ideo caritate voluntatem non perficit, nisi perficiat intellectum fide. » Deum enim » perfecta sunt opera, » Den. 33. Et Christus » totum hominem sanum fecit in sabbato, » Ioh. 7.

Si auctoritatem quaeris, dicit *Propheta*: » Iustus meus ex fide vivit, » Hab. 2, et allegat *Apoc. 17* Rom. 1 et ad Gal. 3. Item ad Hebr. 11: » Impossibile est sine fide placere Deo. »

» Ex uno igitur credito, quo credimus fidem infusam esse » necessariam, » qua assentimus simpliciter » veraci Deo, concluditur » fidem fuisse in patribus ante Christi adventum » et per consequens ipsam esse necessariam pro omni statu ecclesiae militantis.

Secunda pars probatur: Quia, licet in non habentibus rationis usum non requiritur actus fidei, eo quod non salvantur merito proprio, sed in solo merito redemptoris, tamen habentibus usum rationis non sufficit meritum Christi, sed necesse est etiam addere meritum proprium secundum illud: » Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, » et iterum: » Fides sine operibus mortua est. » Quae intelligenda sunt de his, qui habent rationis discretionem. Meritum autem perfecti non potest

14	defendatur G (<i>Awg.</i> , <i>Scot.</i>)] defendat T B L	H 15	Christus] post T B L tamen] cum T B L
H 1/15	Cf. <i>Scot.</i> III d. 25 q. 1 n. 2 (VII/1, 492).	18/19	Hebr. 11, 6.
15	Dn 32, 4.	20/22	Cf. <i>Scot.</i> <i>ib.</i>
15/16	Ioh 7, 23.	27/28	Mt 19, 17.
17/18	Hab 2, 4; cf. Rom 1, 17; Gal 3, 11.	28	Iac 2, 20.

si sine fide actuali, qua operans dirigat intentionem suam in finem. Sicut enim prudentia actualis necessaria est ad dirigendum in actibus virtuosis, ita fides actualis necessaria est ad dirigendum in actibus meritorius; est enim auriga actuum meritoriorum sicut prudentia actuum virtuosorum. Necessarius est itaque omnibus ratione utentibus actus fidei pro aliquando ea necessitate, qua eis necessarius est actus meritorius.

Conclusio 21

Secunda conclusio: Licet eadem fuerat fides infusa in nobis et in Veteris Testamenti patribus, non tamen eadem acquisita nec idem fidei actus.

Prima pars probatur: Quia una tantum est fides infusa in uno homine numero et una specie in omnibus hominibus sicut unum obiectum immediatum et principale, ut ex dictis q. 2 dist. 23 conel. 6 patet. Quae cum fuerit in patribus et in nobis ex conclusione praecedenti, sequitur quod eadem fides infusa specie, non numero, fuit in illis et nobis. Non enim potest idem accidens numero esse in diversis subiectis secundum potentiam ordinatam creatoris.

Nec illa fides infusa variatur propter variationem obiectorum mediatorum aut minus principalium, nec habitus inclinans mediate ad aliquem actum variatur ad variationem illorum actuum. Et ideo concessio quod alii fuerint articuli particulares apud nos et illos, non propter hoc mutatus est habitus fidei infusae, cuius semper manet unum obiectum immediatum et principale, scilicet: 'Omne revelatum a Deo est verum'. Mediante cuius actu (qui unus est specie apud illos et nos) inclinatur ad omnes actus credendi articulos speciales.

Secunda pars probatur specialiter de fide acquisita respectu redemptoris, quia certum est quod respectu eorum articulorum eadem fuit fides acquisita et fidei actus specie apud illos et nos, puta articuli creationis mundi, lapsus primi hominis, futuri iudicii; et ideo non est intelligenda illa conclusio universaliter hominis, futurum iudicii, sed particulariter respectu quorundam.

Probatum ergo: Quia diversarum veritatum seu propositionum specie distinctionem respectu articulorum, diversi sunt actus assentiendi seu credendi specie. Probatur id est non synonymarum, diversi sunt actus assentiendi seu credendi specie. Nam ex diversitate obiectorum immediatorum specifica arguitur diversitas specifica actuum, et diversorum actuum specie sunt distincti habitus specie. Sed propositiones creditae a patribus specie distinguuntur a creditis a nobis; nam illa propositiones: 'Christus est venturus, passurus, resurrecturus' etc., quam illi crediderunt, et illa propositio: 'Christus venit, passus est, resurrexit' etc., quam nos credimus, distinguuntur specie, quia sunt non-synonymae propter diversam temporis connotationem. Nec simul sunt verae, sed una existente vera, alia est falsa. Et certum est

I 25	distinguuntur]	distinguebantur	27	illa propositio] illae propositiones TBL
	G		28	distinguuntur]
				distinguitur T
33/34 Cf. Scot. ib. n. 3 (VII/1, 492).			7/15 Cf. Occ. III q. 8 N.	
I 3/5 Cf. Biel III d. 23 q. 2 M. 31-47.			21/29 Cf. Scot. III d. 25 q. 1 n. 10 (VII/1, 541); Occ. ib.	
5/6 V. supra H.				

unam propositionem secundum speciem non posse simul esse veram et falsam, sed saltem univocae acceptam. Ergo illa pars conclusionis vera.

Sed diceres: 'Christus est passurus', 'Christus est passus' sunt idem articulus; K ergo eadem fides. — Antecedens probatur: Quia est eadem materia, scilicet eadem passio Christi, quae exprimitur per ambas propositiones. Licet cum diversis temporum differentiis; et ita idem articulus.

Ad hanc replicationem respondetur distinguendo de articulo.

Nam si articulus accipitur pro veritate revelata, ut definitus est in fine praecedentis quaestionis, sic negetur antecedens. Et ad probationem conceditur quod est eadem passio Christi creditae ab illis et nobis; ab illis tunc futura, a nobis nunc praeterita. Sed si inferatur: ergo idem articulus, negetur consequentia. Nam de eadem materia possunt haberi diversi articuli, immo tot quot de ea possunt formari propositiones verae non-synonymae. Nunc autem praedictae propositiones non sunt synonymae, quia non solum diversae significationes principales extremorum et copulae, sed etiam diversae significationes minus principales, propter quas variatur veritas et falsitas propositionum, reddunt propositiones non-synonymas; qualis est diversa temporis significatio.

Si vero articulus accipitur pro materia, de qua formantur diversae propositiones, quarum una pro uno tempore est vera, alia pro alio tempore, tunc dictae propositiones de futuro et praeterito sunt unus articulus vel non diversi articuli. Et tunc concessio quod est unus articulus, negetur consequentia: vergo eadem fides, quia fides acquisita et actus fidei non diversificantur tantum secundum diversitatem obiecti remoti, quale est materia significata per propositiones, sed penes obiecta immediata, scilicet veritates ipsas, quae sunt complexa propositionalia. Unde non est hic nisi aequivoocatio in nomine articulus. Sed conclusio stat in sua veritate.

Conclusio 31

Tertia conclusio: Pro omni tempore post lapsum fides mediatoris explicita ad saltem ratione utentibus fuit necessaria.

Probatur: Quia nullus salvatur, nisi sit membrum ecclesiae et per consequens Christi; sed nullus est membrum ecclesiae nisi per fidem mediatoris, ut patet diffuse per *Apostolum* Hebr. 11; ergo sicut praesentes post Christi adventum per fidem mediatoris, ita praecedentes per eandem fidem fuerunt membra Christi et ecclesiae.

Præterea: Sicut creator est principium essendi naturae conditae, ita redemptor est principium reparationis naturae lapsae; ergo nullus potest reparari sine redemp-

31	univocae acceptam]	unitate acceptam]	9	negatur] neganda est G
	cepta TBL		10	immo om. G
K 6	revelata om. G est om. G		14	reddunt] reddidit G
K 1/24 Cf. Occ. III q. 8 N.			L 1/5 Cf. Scot. ib. n. 9 (VII/1, 502s).	
6/7 Cf. Biel III d. 24 N.			4/5 Cf. Hebr. 11, 2-38; alleg. apud	
9 Cf. supra in. 4.			Scot. ib.	
19 V. supra in. 2.			7/10 Scot. ib. (VII/1, 503).	

fore sicut nec esse sine creatore; ergo, sicut fides creatoris fuit semper necessaria ad salutem, ita post lapsum humani generis fides de mediatore.

Sed tamen advertendum quod illa fides mediatoris potest esse in particulari, scilicet quod Filius Dei incarnaretur, et ita »Deus et homo redimeret humanum genus per hoc, quod nasceretur de Virgine, moretur in cruce«. Et hoc explicite et particulariter credere non fuit necessarium pro omni statu. Potuit autem hoc idem »verbi magis confusum« et in genere, »scilicet quod Deus ordinaret aliquam viam redemptionis per aliquem mediatorem, etiam ignorando per quem, an per Verbum Dei vel per angelum aut alium modum. Et istud »sic generaliter credere fuit necessarium omni homini ad salutem«; necessarium post lapsum. Illi tamen, quibus hoc revelatum fuerat, magis particulariter tenebantur credere secundum revelationem eis factam. Et in lege Mosala, quia fidem redemptionis habuerunt magis revelatam et distinctius in lege, prophetis et psalmis, ideo illi tenebantur magis particulariter credere existentibus in lege naturae. In lege autem revelatae veritatis, scilicet evangelica, adhuc magis particulariter credere tenemur plus vel minus secundum diversos status hominum. De quo statim dicitur. — Et ideo sanctus Bonaventura q. 2 huius distinctionis: Quia philosophi hanc fidem in genere non habuerunt, »suis virtutibus et meritis inherentes, non poterant esse membra Christi et per consequens nec salvari.

Et si obicitur quod ipsi non poterant hanc fidem actualem habere per propriam inventionem aut doctrinam, respondetur quod gratia Dei super omnes praesto erat, et natura ad hoc manducebat ex sua curvitate et infirmitate, ut redemptorem quaereret, et ex generali eruditione, quam habere poterant ab ipsis, »qui erant in cultu Dei famosi«. Et ita nulli excusabatur, quin ad minus tenerentur ad fidem illam in generali. Si denique fecissent quantum in se fuisset, non defuisset eis Deus ad eorum illuminationem. Hinc *Agostolus* Rom. 1 de illis loquens ait: »Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscurationem est insipientes cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt et cetera, quae sequuntur. Unde manifestum est in quod non iuxta cognitionem naturaliter inventam consequenter fecerunt quod in se erat, Deum, quem noverant, glorificando et diligentiis quaerendo, sicut exactissime alia vana (salutaribus dimissis) quaesierunt.

Similiter dicendum de eo, qui in silva natus doctorum fidei non audivit. Unde beatus *Thomas* in tertio Scripto dist. 25 q. 4: »In his, inquit, quae sunt necessaria ad salutem, nunquam Deus homini quaerenti suam salutem deest vel defuit nisi

18	III] Illis GTB	38	consequenter om. G
27	Christi om. G	39	erat] erant G
28	fidem om. G		

11/22	Cf. Scot. ib.	34/37	Rom 1, 21s.
24	V. infra M 14 — O.	41	Cf. Thom. III d. 25 q. 2 a. 1 qua. 1 arg. 2 (n. 48).
26/27	Cf. Bonav. III d. 25 a. 1 q. 2 resp. in fine.	42/47	Thom. ib. ad 1 (n. 62).
28/29	Cf. Bonav. ib. ad 6.		

ex culpa sua. Unde explicatio eorum, quae sunt necessaria ad salutem, vel divinitus providentur homini per praedicatorum, sicut patet de Cornelio Act. 10^a et de Eunucho Candacis reginae Act. 8, »vel per revelationem, qua supposita in potestate liberi arbitrii est, ut exeat in actum fidei«. Haec *Thomas*.

[Conclusio 4]

Quarta conclusio: Omnia ecclesiae membra pro statu legis evangelicae eadem tenentur credere, non quidem explicitae, sed implicitae.

Prima pars, quod non explicitae, patebit infra.

Secunda pars, quod omnes teneantur credibilia eadem implicitae credere, patet, tum quia omnes tenentur habere fidem infusam, ut dicit conl. 1; sed hanc habens credit omnia implicitae, quia habitum habet ad omnia credibilia mediate vel immediate inclinantem.

Præterea: Omnes usum rationis habentes tenentur credere quod omne revelatum a Deo est verum, item quod Scriptura a Deo revelata sit vera; sed hoc credens explicitae omnia credibilia credit implicitae, cum omnia credenda sint revelata a Deo et omnia continentur immediate vel mediate in Scriptura; ergo conclusio vera.

Vide *Panormitanum* in rubrica De Trinitate et fide catholica in fine ad propositum.

[Conclusio 5]

Quinta conclusio: Ad quaedam particulariter credenda tenentur maiores, ad quae non tenentur qui in ecclesia sunt minores.

Prima pars patet, quia quicumque habet officium in ecclesia, tenetur scire tantum quantum pertinet ad suum officium, quatenus possit officium suum legitime et sufficienter exercere. Maiores ergo in ecclesia, qui habent officium docendi ceteros, quae doctrina sine particulari expressione articulo fieri non potest, tenentur omnia in particulari minoribus explicanda distincte credere.

Sed notandum secundum sanctum *Thomam* distinctione praesenti q. 3 art. 3, N »quod explicare articulos fidei contingit dupliciter: uno modo quantum ad ipsorum articuloꝝ substantiam, secundum quod homo »articulos distincte« novit; »alio modo quantum ad ea, quae continentur in articulis implicitae, quae scilicet ex articulis inferri possunt ac ab impugnatione defendi.

»Ad primam quidem explicationem totalem« seu perfectam »tenentur omnes, qui habent officium docendi fidem, sive ex gradu dignitatis, ut sacerdotes, sive ex revela-

46	8 om. G (spatio vacuo relicto)	17	possit] posses T
M 4	implicitae] implicitate G	19	potest] add. G: ergo
12	Vide ... propositum om. G	N 6	quidem] quidam T
45	Cf. Act 10, 1ss. 24ss.	14/20	Cf. Scot. III d. 25 q. 1 n. 9 (VII) 1, 502).
46	Cf. Act 8, 26ss.		
M 3	V. infra N 15ss.	N 2/5	Thom. III d. 25 q. 2 a. 1 cla. 3. sol. (n. 70).
5	V. supra H.	6/8	Thom. ib. (n. 71),
12	Cf. Panorm., Comm. §6 in rubricam X de summa Trin. I 1 (fol. 11ra).		

tionem, sicut prophetae, sive ex ministerio, sicut doctores et praedicatorum. Et hoc quilibet horum, quantum officium suum exigit et requirit.

Ad secundam explanationem non tenentur aliqui in via perfecta et totaliter quantum explicari possunt, quia hoc tantum possibile est in patria. Tenetur tamen unusquisque, cui incumbit officium docendi alios in fide, tantum scire de illa explanatione, quantum pertinet ad suum officium, id est quantum sufficit ad instructionem sibi commissorum salutarem et secundum capacitatem eorum.

Secunda pars probatur: Quia simplices, qui nullum docendi alios officium neque aliud ministerium habent in ecclesia, non habent nisi seipsos regulare, et ideo sufficit eis illos articulos explicite credere, per quos possint propriam intentionem dirigere in finem ultimum.

Præterea: »Deus nullum obligat ad impossibile.« Ideo minores et rudes non potentes capere sive disticte intelligere certos articulos, non tenentur eos explicite credere, quia nihil potest credi explicite nisi apprehensum per intellectum. Exempli gratia: Si aliquis fuerit ita rudis, »quod non possit concipere quid persona, quid natura, non est necesse, quod habeat actum explicitum de articulo pertinente ad naturam unitatem et personarum Trinitatem distincte, sicut habent clerici litterati. Sed sufficit sibi (si non potest huiusmodi distinctionem intelligere, »quia nec terminos«) fides grossa, ut: quod Christus natus est et passus, et talia, quae concernunt opus redemptionis. Tenetur ergo »ad aliquem actum explicitum pro aliquando et ad alios in generali, ut credat sicut ecclesia credit.« Haec Scotus.

Quae autem sint illa, quae minores explicite credere tenentur? Particularius investigando, dico quod in genere tria colliguntur, scilicet quod Deus est, quod remunerator est, quod mediator est sive redemptor humani generis.

De primis duobus loquitur *Apostolus* Hebr. 11: »Credere oportet accedentem ad Deum, quia est et inquirantibus se remunerator.«

De tertio dicitur Act. 4, ubi Petrus loquens de Christo ait: »Non est in aliquo alio salus; neque aliud nomen sub caelo datum est hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.« Quod verbum tractans beatus *Augustinus* ad Opusculum ait: »Illa fides sana est, quae credimus nullum hominem, sive maioris sive minoris aetatis, liberari a contagio mortis et obligatione peccati, quod prima nativitate contraxit,

17	possint] possunt TBL		
22	possit] possit TBL		
28	credat BL (Scot.) credant GT	O 5	
	Scotus G* TBL] mutat G hoc ver-		
			<i>bum rubro colore in sanctus et ad-</i>
			<i>dit supra lineam</i> : Thomas
			remunerator] add. G: est; L: sit
10/13	Cf. Thom. ib. (n.72).		d.25 c.1 n.175 (MPL 192, 809);
15/18	Cf. Thom. ib. (n.71).		Thom. III d.25 q.2 a.1 q.1a.1 sed
19/28	Cf. Scot. III d.25 q.1 n.6 (VII/1,		c. (n.49); S.Th. II/II q.2 a.5 sed
	499).		c.
19	Cf. Ps.-Hieron., Symboli expla-	6/8	Act 4,12; cit. apud Thom., S.Th.
	natio ad Damasum (= Pelagius,		II/II q.2 a.7 corp.
	Libellus fidei ad Innocentium),	8/17	Aug., Epist. 190 c.2 n.5-6-8
	n.10 (MPL 45,1718).		(MPL 33, 858s); cit. apud Lomb.
O 4/5	Hebr 11,5; cit. apud Lomb. III		ib.

nisi per unum mediatorem Dei et hominum, Iesum Christum. Cuius hominis eiusdemque Dei saluberrima fide etiam illi iusti salvi facti sunt, qui priusquam veniret in carnem, crederent in carnem venturam. Proinde cum omnes iusti, sive ante incarnationem sive post, nec vixerint nec vixerint, nisi ex fide incarnationis, profecto quod scriptum est non esse aliud nomen sub caelo, in quo oportet nos salvari, ex illo tempore valet ad salvandum genus humanum, ex quo in Adam vitium est.« De hoc etiam supra concl. 3.

Articulus autem incarnationis praesupponit articulum Trinitatis secundum beatum *Thomam* secunda secundae q. 2 art. 8, ubi ait: »Mysterium Christi explicite credi non potest sine fide Trinitatis, quia in mysterio Christi hoc continetur, quod Filius Dei carnem assumpsit, quod per gratiam Spiritus Sancti conceptus sit et »mundum renovaverit.« Et ideo post tempus gratiae divulgatae tenentur omnes ad explicite credendum mysterium Trinitatis, sicut omnes, qui renascentur in Christo, hoc adipiscuntur per invocationem Trinitatis.« Quod sic videtur intelligi debere, quod omnes tenentur credere, quod in deitate est Pater et Filius et Spiritus Sanctus, et hi tres unus Deus, sic confuse seu generaliter, non autem disticte, quod in unitate sit distinctio personalis, ut supra dictum est.

Præterea: Fides incarnationis multa de Christo credenda includit, ut: quod sit conceptus de Spiritu Sancto, natus ex Virgine, passus etc.

Propter quod apostolus Symbolum ordinavit de his, quae principaliter nos ad salutem ordinant tamquam fidei principia ab omnibus credenda. Denique tempore gratiae evangelicae ecclesia per anni circuitum festa ordinavit, in quibus ea sollemnizantur, quae articuli continent. Ideo ab illorum noticia excusare se nemo potest.

Hinc sanctus *Bonaventura*: Illos articulos tenentur credere explicite, »quos non solum praedicationi manifestata, sed usus ecclesiae; ut est articulus de unitate et Trinitate, quem manifestat ipse actus signationis, cum se quis consignat in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, et sicut sunt articuli de nativitate, passione, resurrectione etc., quos ostendunt ipse sollemnitates. Ab his ignoratis nullus excusatur.« Alios articulos non ita manifestos tenentur credere implicite, sicut eos credit universaliter sancta ecclesia. Haec ille.

De hoc etiam beatus *Thomas* in tertio Scripto distinctione praesenti q. 4 art. 3 dicit: »Fides explicite ad hoc necessaria est, quod in finem ultimum intentionem dirigit. Et quia per peccatum homo ab illo fine abductus fuerat, non poterat reduci nisi per mediatorem Dei et hominum, Dominum Iesum Christum. Ideo post peccatum oportuit habere cognitionem explicitam de redemptore, et praecipue quantum ad ea, quibus nos in finem reduxit, victo hoste, quo capivi tenebamur.«

11	hominum add. G supra lineam	17	etiam] enim BL
	Iesum Christum] hominem Ie-	39	manifestos GT (Bonav.)] mani-
	sum G		festos BL
15	quod om. L		
11	Cf. ITm 2,5.	34/40	Cf. Bonav. III d.25 a.1 q.3 resp.
15/16	Act 4,12.	42/46	Thom. III d.25 q.2 a.2 q.1a.3 sol.
17	V. supra L 3-10.		(n.111).
19/24	Thom., S.Th. II/II q.2 a.8 corp.	44	Cf. ITm 2,5.
27	V. supra N 19ss.		

Ad hoc autem, quod nos in finem reducere, quatuor requirebantur. Primum, quod propugnator noster institueretur; quod factum est in nativitate. Secundum, quod propugnaret; quod factum est in passione. Tertium, quod vinceret; quod factum est in resurrectione, quando aeternitatis aditum devicta morte reseravit. Quartum, quod victoriae suae omnes suos participes faceret; quod erit in iudicio, quando bonis bona et malis mala reddet. Ideo ista praecipue requiruntur, ut explicitae credantur.

Et quia haec in Symbolo expresse continentur, ideo ad actum fidei articulo-rum Symboli omnes pro aliquando tenentur. Quod si aliqui adeo obtusi fuerint, quod articulos ipsos, secundum quod in Symbolo ordinati sunt, eo ordine recitare non possent, sufficeret tamen eis, quod omnes et singulos explicitae credunt, dum eis proponuntur. Sic ergo ad fidem explicitam omnium in Symbolo contentorum omnes in tempore gratiae obligantur, ut dicit *Magister*.

Præter illa quilibet tenetur explicitae credere omnem veritatem particularem in eo quod generaliter credit virtualiter inclusam, postquam sufficienter sibi ostensum est, quod in tali virtualiter est inclusa. Exemplum: Ut credens omne revelatum a Deo esse verum tenetur explicitae credere quamcumque veritatem particularem revelatam, postquam sufficienter ostenditur, quod est revelata a Deo.

[Conclusio 6]

Sexta conclusio: Licet simplices et minores non tenentur circa singula credibilia particularia explicitam fidem habere, tenentur tamen omnes particulares errores, ne particulariter adhaereant, cavere.

Prima pars patet.

Secunda pars probatur: Quia quilibet fidelis tenetur cavere omne illud, per quod haereticus indicaretur et esset; ergo tenetur cavere omnem errorem (particulariter adhaerendo) contrarium cuiuscumque particulari credibili in canone Biblicae contento. Tenet consequentia, quia quilibet talis error facit haeticum, si ei particulariter adhaeretur, et tollit fidem infusam, quae necessaria est omnibus ad salutem, ut dictum est.

Et si diceres: Nullus tenetur cavere errorem, nisi cuius oppositum tenetur explicitae credere; ergo, cum non tenetur omnes articulos particulares credere, errorem eis contrarium non tenetur vitare. Tenet consequentia, quia nemo tenet-

50	aditum] oditum T	P 3	ne] <i>add.</i> G <i>supra</i> <i>lineam</i> : eis
57	eis (1) om. G	5	pars om. G
57/58	credunt ... proponuntur] crede- ret, dum ei proponuntur G	7	contento] contenti GTB
61	crediti] crediti GT	13	eis] eius GTBL

47/53 Thom. ib. (n.112).
58/59 Cf. Lomb. III d.25 c.1.2 n.175
(MPL 192, 809s).
P 1/7 Cf. Scot. III d.25 q.1 n.8 (VII/1,
499s).

4 V. supra N 15ss.
9/10 V. supra H.
11/14 Cf. Scot. ib. n.7 arg. 1 (VII/1,
499).

tur vitare quod non tenetur cognoscere; sed nullus tenetur omnes errores cognoscere, quia infiniti sunt.

Respondetur quod errorem cavere contingit dupliciter: uno modo simpliciter, ne ei consentiatur; alio modo, ne particulariter ei adhaereatur. Primo modo non oportet cavere omnem errorem, ut supra dictum est, sed secundo modo. Et ita debet intelligi conclusio de errore pertinaci. Et ad cavendum pertinacem adhaesio-nem erroris non oportet errorem cognoscere, quia, quisquis habet fidem implicitam omnium contentorum in Scriptura, non potest incidere pertinaciter in errorem, quia nunquam ita adhaeret errori, quin paratus sit cedere, ostendo quod est contrarius alicui contento in Scriptura. Et ita non adhaeret pertinaciter. Patet ergo quod falsum assumitur tam in antecedente quam in consequente probatione.

[Conclusio 7]

Ex omnibus praemissis elicitur ultima conclusio ad suppositam quaestionis responsiva, et est in ordine septima: Omnes articuli fidei in Symbolo Apostolorum sufficienter sunt collecti et abinvicem specie condistincti.

Prima pars patet, quia illi articuli sunt sufficienter collecti, qui virtualiter et reductive continent omnia credibilia; tales sunt articuli, de quibus conclusio; ergo. - Consequentia nota cum maiore.

Minor probatur: Quia nullum est credibile totius Scripturae canonicae, quin reducibile sit ad aliquem articulum. Siquidem ad hunc articulum: »Credo sanctam ecclesiam catholicam« omnes veritates totius canonis reducuntur. Nam credere ecclesiam sanctam catholicam est credere eam sancte, vere et sine errore appro-basse quaecumque approbavit, et per consequens est credere omnia, per ipsam approbata. Approbavit autem totum canonem Scripturae; et ita omnia in eo contenta (de sacramentis, praeecepiis, historicis et ceteris omnibus) ad hunc articulum reducuntur.

Secunda pars patet ex not. 1.

[Articulus 3]

[Dubium 1]

Quantum ad tertium articulum est primum dubium: Cum minores habere tenentur fidem explicitam omnium virtualiter contentorum in fide implicita, postquam consenserit eis ibi aliquid sic contineri, utrum tenentur explicitae credere suo praes-lato fidem implicitam particulariter explicanti.

Ad illud respondet *Scotus* in virtute, quod »aliqua sunt, quae communiter praedi-cantur in ecclesia« et usu festivitatum ecclesiae approbantur; ut quod Christus

22	quin] quoniam T cedere] cre- dere L	38	articulum om. G
27	et ... septima om. G	Q 3	eis ibi] illud G
18	V supra E 34-39; F. 40 V. supra A-C.	Q 5/13	Cf. Scot. III d.25 q.1 n.8 (VII/1, 500).

natus est, crucifixus, et generaliter articuli Symboli, de quibus dictum est concl. 5. Et in illis praedictis tenentur minores suis praelatis credere et sic praedicationis explicitae assentire.

10 Si vero sui prelati aut quicumque alii praedicant aliqua, quae non communiter in aliis ecclesiis praedicantur, sed proponuntur in uno loco de novo, non tenentur illud simpliciter seu minores firmiter credere, immo magis consultum est non adhaerere, »quousque sciant illud credi ab ecclesia tamquam verum«. Si tamen quis credit, putans ecclesiam sic credere, etiamsi fuerit erroneum, non peccat, dummodo tamen pertinaciter non adhaeret, ut supra dictum est not. 2.

15 Suo modo in moralibus: Si quis praedicaret actum aliquem non esse mortalem, qui tamen esset peccatum mortale, utile est non credere, et donec post diligentem informationem certificatus fuerit, se ab actu huiusmodi suspendere, maxime si auditur ab aliis oppositum fuisse praedictum.

[Dubium 2]

R Secundo dubitatur: Utrum successu temporis creverunt articuli fidei.

Respondetur quod fidem proficisse intelligi potest quantum ad quantitatem, quantum ad devotionem vel quantum ad firmitatem.

Quantum ad quantitatem dupliciter: vel quoad novorum articulorum additionem vel quoad novorum articulorum additionem.

Quoad novorum articulorum additionem non crevit, quia quotquot novi articuli per exhibitionem additi sunt, tot veteres de futuro expectatione desierunt. Unde sicut Christus venisse coepit esse articulus, ita Christum esse venturum desuit esse articulus, ita quod, quaecumque exhibita sunt, prius credita sunt ut exhibenda; sicque numerus articulorum non est immutatus.

Quantum vero ad explanationem crevit, quia clarior explicata est fides adveniente veritate quam sub umbra figurali.

Quantum vero ad devotionem crevit adveniente temporis plenitudine: propter humanis plenitudinem in veritatis exhibitione, »propter maiorem gratiae diffusionem« in caritatis ostensione, propter clariorem eruditionem in verbi salutis praedicatione. Nunc enim veritas per Christum facta est. Nunc »in sacramentis novae legis« propter meritum amplior datur gratia. Nunc fides etiam apertius praedicatur. Nam in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis verba eorum, sicut et Christi et apostolorum.

20 Quantum autem ad firmitatem similiter crevit, »tum propter maiorem devotio-

8	praedictis] praedicationis TBL	R 9	prius credita sunt om. TBL (habet.)
13	quis om. G		
15	not. 2 om. G	19	et om. G
16	mortalis] mortalem T		
7	V. supra O 1-40.	11/12	Cf. Bonav. ib.
13/15	V. supra F 6-24.	13/17	Cf. Bonav. ib. q. 2 resp.
16/19	Cf. Scot. ib.	18	Ps 18.5.
R 4/6	Cf. Bonav. III d. 25 a. 2 q. 1 resp.	20/22	Cf. Bonav. ib. q. 3 resp.

nem, tunc etiam »propter clariorem cognitionem«; illorum enim articulorum fides firmior est, quos credens »apertius cognoscit et« quibus »devotius acquiescit. Satis concordat sanctus Bonaventura.

[Dubium 3]

Tertio dubitatur: Utrum fidei possit fieri additio per novum articulum a summo Pontifice aut ecclesia edendum.

Respondetur quod, »sicut ad ea, quae spectant ad fidem nostram et nequaquam ex voluntate humana dependent, non potest summus pontifex nec ecclesia de assertionem non vera veram nec de non falsa falsam facere, ita non potest de non catholica catholicam facere nec de non haeretica haeticam; et ideo non potest novum articulum facere nec articulum fidei tollere. Quoniam, »sicut veritates catholicae absque omni approbatione ecclesiae ex natura rei sunt immutabiles et immutabiliter verae, ita sunt immutabiliter catholicae reputandae. Similiter »sicut haereses absque omni reprobatione et »damnatione sunt falsae, ita absque omni reprobatione sunt haereses reputandae.

Quod sic ostendi potest - et suppono ex dictis, quod articulus et veritas catholica idem sunt et pro eodem accipiuntur: Tunc sic aut veritas »dicenda est catholica quia est divinitus revelata aut in Scriptura divina contenta aut quia ab ecclesia recepta aut quia a summo pontifice approbata« aut quia ex aliquo praedictorum sequitur in consequentia necessaria. Alius modus non est dabilis.

Si primum aut secundum, quia revelatio divina non dependet a summo pontifice nec ab ecclesia, ergo horum approbatio »nihil facit ad hoc, quod talis veritas sit vere catholica« aut quod contineatur in Scriptura divina.

Si tertium, quia ab ecclesia recepta, quaeritur, quare ecclesia talem veritatem recipit: Aut quia sibi divinitus revelata, »et tunc absque tali receptione est vere catholica«, scilicet quia divinitus revelata vel inspirata. Aut ecclesia eam recipit, »quia eam in Scripturis divinis invenit; et tunc« iterum »absque tali receptione est catholica«, eo quod in Scripturis divinis contenta. Aut recipit eam, »quia per experientiam aut naturalem rationem eam cognovit«; sed rationi naturali et experientiae ecclesia in recipiendo veritatem catholicam imitti non potest, tum quia quae fidei sunt, sunt super experientiam et naturalem rationem, tum quia tunc omnem veritatem geometricam et naturalem possit facere catholicam et articulum et assertiones falsas geometricas facere haeticas, quod dicendum non est. Aut ecclesia eam recipit, »quia sibi placet«; tunc ecclesia faciendo veritatem catholicam »immutaretur humanae voluntati tantum, et ita fides nostra esset in voluntate ho-

21	articulorum om. G	12	catholica om. TBL
22	quos] quorum G	24	eam om. G
S 1	possit] possit TBL	27	fidei ... sunt[2] fidei, sunt B;
10	damnatione] add. G: ecclesiae		sunt fidei, sunt L
S 3/11	Occ., Dialogus p. I hb. II c. 12.	17	V. supra hm. 14.
12/13	Cf. Biel III d. 24 N.	20	V. supra hm. 14s.
13/47	Cf. Occ. ib.		

minum « contra illud I Cor. 2: » Sermo meus et praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis; ergo multo fortius non in voluntariis humanis.

Si deitur quantatum, quod sequitur ex aliquo praedictorum, clarum est, quod sequeretur etiam sine approbatione et receptione ecclesiae.

Si quintum, » quia a summo pontifice approbatum, arguitur sicut de receptione ecclesiae.

» Patet ergo quod nulla veritas est catholica ex approbatione ecclesiae vel papae. Sed ecclesia aut papa per suam approbationem aliquam veritatem fuisse aut esse catholicam cognoscit et definit. Sic ergo » non facit veritatem aliquam esse catholicam aut fidei articulum vel assertionem contrariam haereticam; » sed per suam approbationem determinat et definit veritates, quas approbat, fuisse catholicas, et assertiones falsas, » quas reprobat, fuisse et esse haereticas. Sic » non facit novum articulum fidei, sed » determinat et » definit aliquem articulum pertinere et pertinuisse ad catholicam veritatem. Et illa veritas, quamvis noviter definitur esse catholica et articulus fidei, non tamen noviter incipit esse articulus, sed fuit talis ante definitionem; licet non sit ab omnibus ut talis cognitus, sed definitione ac determinatione ecclesiae ab omnibus ut talis cognoscitur et tenetur, qui prius a multis fuisse articulus ignorabatur.

Aliae rationes ad idem adductae *Occam* cap. 12 secundi libri *Dialogi* partis primae, ubi materiam illam late prosequitur.

Ex his patet quod ecclesia vel papa ordinando aut faciendo novum symbolum (sicut factum est in concilio Niceano) non facit novas veritates catholicas sive articulos, sed de novo declarat veritates aliquas fuisse et esse catholicas.

Quae autem veritates sint catholicae reputandae, late in eodem libro disserit, quem *Gerson* et plerique *alii* in suis scriptis sunt imitati.

[Dubium 4]

T Ultimo dubitatur: Utrum ratio naturalis inducta ad ostendendum fidei veritatem diminuat fidei meritum.

Supposito quod quaedam veritates possunt evidenter demonstrari, ut: quod Deus est vivens, intelligens etc., quae sunt articuli fidei, secundum illud Hebr. 11: » oportet accedere ad Deum credere quia est etc., responderetur secundum beatum

34	quod (1) quia G ex om. L	40	facit] <i>add.</i> L: ad
	aliquo praedictorum] aliquorum	42	quas om. L
	praedicto TB	49	fuisse] esse G
39/40	aliquam ... definit] aliqua veritas fuisse et esse catholica co-	T 1	ostendendum] ostendendam G
	gnoscitur et definitur G	5	etc. om. G

32/33	I Cor. 2, 4; cit. apud Occ. ib.	56	Cf. Gerson, Declaratio quae veritates sicut de necessitate salutis credendae (Glor. VI, 181ss; Du Pin I, 22ss).
34	V. supra lin. 15s.		
36	V. supra lin. 15.		
50	Cf. Occ. ib.		
55	Cf. Occ. ib. c. 1-5.	T 5	Hebr. 11, 6.

Thomam secunda secundae q. 2 art. 10, quod » ratio humana inducta ad ea, quae fidei sunt, dupliciter se habere potest:

Uno modo ut praecedens, puta cum aliquis assentit veritati fidei propter rationem convincentem, alias non crediturus. » Et sic ratio inducta diminuit meritum fidei, immo totum tollit, ita quod sic assentiendo non meretur. Nihil enim est meritorium nisi voluntarium; sed talis non voluntarie et propter divinam revelationem et auctoritatem, sed convictus necessario assentit, ergo sic assentiendo non meretur.

Alio modo ratio humana habet se ut consequens, cum scilicet » homo habet promptam voluntatem credendi divinae auctoritati et » diligit veritatem creditam et super ea excoogitat, si quas rationes ad hoc invenire » possit, non quidem ut firmius credat (sic enim humanam rationem divinae auctoritati praeponeret), sed ut creditam magis intelligat, defendat ac pius docendo optuletur. Sic ratio humana non tollit meritum, » sed est signum maioris meriti. Tollit quidem fidem acquisitam et actum fidei, quia non stant simul scientia, quam ratio humana gignit, et fides acquisita in eodem et respectu eiusdem, licet stent simul scientia et fides infusa, ut supra dictum est dist. 24 in concl. 4; non tamen tollit meritum voluntatis, quod vult credere, etiam si ratio non adducatur. Et arget meritum, cum ex caritate imperat intellectui inquirere rationem ad finem praedictum et ad Dei honorem ac lucrum animarum.

16	possit] posset TBL quidem]	22	dist. 24 in concl. 4 om. G
18	quidam T	25	animarum] <i>add.</i> G: Et tantum de illa quaestione et distinctione
19	creditam] credita TBL		
	quidem] quidam T		

6/19 Cf. Thom., S.Th. II/II q. 2 a. 10
crp.

19/21 Cf. Biel III d. 24 F.
21/22 Cf. Biel ib. E.

10 est in irascibili, in quo est desiderium repellendi offendens et se vindicandi. Genera-
liter enim timor est in ea potentia, in qua est desiderium oppositi eius, quod timeatur.

— Etiam non est verum quod leve seu modicum malum non timeatur, quia, licet non
timeatur intense, timeatur tamen remisse; immo nonnumquam intense timeatur et
caveatur, ne per leve malum via aperiat ad maius malum, aut quia oppositum eius
15 est multum desideratum et amatum; sicut quandoque pro levi malo magnus ardor
irae accenditur.

Et tantum de illa quaestione.

DISTINCTIO TRICESIMA SEXTA

<Summarium Textus>

Praemissis in duabus distinctionibus *Magister* tractavit de donis in genere et in
specie. In hac dist. 36 agit de virtutum et donorum connectione.

Cuius sententia in tribus conclusionibus sequentibus continetur.

Prima conclusio: Omnes virtutes connexae sunt cum caritate tanquam cum
matre et foetus plenitudine.

Secunda conclusio: Non modo inter se connexae sunt virtutes, sed etiam quantum
ad habitum (non quoad exteriorum usum actuum) in animo sunt aequales.

Tertia conclusio: Sicut ad decalogum cetera moralia et caeremonialia, praecipua
spiritualiter intellecta referuntur, ita ad duo caritatis mandata omnia praecipua
decalogi reducuntur.

Harum speculatio patet in Textu.

QUESTIO UNICA

Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum omnes virtutes in genere sint adinvicem connexae

In huius quaestionis determinatione more solito erunt articuli tres: primus nota-
bilium pro terminorum declaratione, secundus conclusionum, tertius dubiorum.

[*Notabile 1*]

Quantum ad primum praesuppositis his, quae dicta sunt supra dist. 23 q. 1 et 2,
notandum quod *Occam* in III q. 12 art. 2 et in IV Quodlibeto q. 6, ubi materiam
hanc late pertractat, ponit quod instituae et cuiuslibet moralis virtutis, secundum
quod non est alia virtus formaliter nec aequivalenter, et similiter cuiuslibet actus
virtuosi, large capiendo actum virtuosum et virtutem, possunt distingui quin que
gradus non quidem numero tantum, sed specie distincti.

[*Articulus 1*]

4	conclusio om. G	4	7	supra om. BL
6	conclusio om. G	8		in (1) ... in (2) om. G
8	conclusio om. G	9		ponit ... et om. G
4/5	Cf. Lomb. III d.36 c.1 n.250 (MPL 192, 829).	4	7	Cf. Biel III d.23 q.1 et 2.
6/7	Cf. Lomb. Ib. c.2 n.251s (MPL 192, 828s).	9/12		Cf. Occ., Sent. III q.12 a.2 dist.3 K; Quodl. IV q.6 a.2 dist.3.
8/10	Cf. Lomb. Ib. c.3 n.254 (MPL 192, 830).			

Primus gradus est actus voluntatis elicitus secundum dictamen rectae rationis propter honestatem vel utilitatem talis operis, sicut propter finem, vel habitus ad ipsum inclinans. Exemplum: Ut si ratio dicitur tale opus iustum esse faciendum tali loco et tempore, cum ceteris circumstantiis respicientibus praeiise ipsum opus iustum, propter honestatem operis vel pacem rei publicae aut aliquid tale, voluntas elicitur actum volentis tale opus conformiter ut dictatum est a ratione recta, hic actus volendi est actus virtuosus; et habitus ex similibus actibus genitus est virtus moralis primi gradus, large capiendo virtutem et actum virtuosum.

Secundus gradus est velle sic elicitum secundum intentionem nullo modo dimittendi tale opus quocumque contra rectam rationem, etiam non pro morte fugienda. «si recta ratio dicitur tale opus non esse dimittendum pro morte». Exemplum: Ut si quis velit honorare patrem secundum dictamen rationis rectae secundum intentionem et voluntate non dimittendi illum honorem pro morte, si immineret.

Tertius gradus est velle elicitum secundum rectam rationem et cum tali intentione et ultra hoc praeiise et solum, quia sic dictatum est a recta ratione.

Quartus gradus est velle sic et cum intentione hac, elicitum propter amorem Dei praeiise, puta quia sic dictatum est, quod tale opus sic volendum est praeiise propter amorem Dei. «Et iste gradus solum est perfecta et vera virtus moralis, de qua sancti loquuntur». Et quod dicitur praeiise, intelligendum est non quod excludit alios fines, ut honestatem operis aut bonum rei publicae, sed sic praeiise, quod, si ille finis tantum ostenderetur voluntati a ratione recta, sine quocumque obiecto morale, puta creaturam aliquam, quae non est Deus. Tum quia variis pertinet ad virtutem moralem, licet habeat Deum pro fine, patet: Tum quia habitus finis non variat virtutem quantum ad esse moralem vel non moralem, ut patet ex distinctione virtutum moralium a theologicalibus posita supra dist. 26 quaestione unica. Tum quia virtutum oppositum est morale; ut si quis contra dictamen rectae rationis dicitur patrem debere honorari propter Deum vult inhonorare patrem, illud velle est vitiosum moraliter; ergo et virtus opposita moralis est, quia opposita pertinet ad idem genus moralis vel theologicae.

Quintus gradus est velle efficaciter vel imperatice facere opus aliquod secundum dictamen rectae rationis, quia sic dictatum est a ratione recta, propter Deum sive alium finem honestum, quod opus sic facere excedit communem statum hominum et est contra inclinationem naturalem vel nex naturae actus vel nex aliqua circum-

13	elicitus] elicitus G	27	et (2) om. L est om. G
14	vel utilitatem add. G supra	34	autem om. G
	inveniam	37	moralem (1 et 2) morale TBL
16	respicientibus] respicientes TB	39	est] add. G: virtum
20	large ... virtuosum add. G in marg.	41	moralis est om. G
23	dicitur] dicitur G	42	pertinent] pertinet T

13/19 Cf. Occ. ib.
 21/31 Cf. Occ. ib.
 31 V. supra lin. 29 (bis).
 34/37.39 Cf. Occ. ib.
 38 Cf. Biel III d. 26 F. H 5ss.
 43/57 Cf. Occ. ib.

stantia vel habitus ad huiusmodi velle inclinans. Et talis habitus est proprie virtus heroica. Et huiusmodi velle imperativum talis operis est actus eius, hoc est talis virtus heroica generativus vel ab ea elicitus. Exemplum: Aliquis vult actualiter et efficaciter seu imperativus (quod idem est) immineente morte mortem sustinere pro defensione fidei. Similiter si quis phabens iustitiam, ita quod quidquid est contra rationem rectam, vult deserere et in omnibus iustitiam facere, si ille exponitur igni aut perpetuo carceri, nisi faciat iniustitiam, «si tunc ille vult actu imperativus magis sustinere ignem vel carcerem perpetuum quam facere iniustitiam, habet virtutem heroicam et est vere heroicus. Licet enim nolle facere iniustitiam non excedat communem statum hominum, tamen velle cum tali circumstantia excedit communem hominum statum.

Distinctio illorum actuum et graduum numeratis patet per eorum separabilitatem. Distinctio specifica patet per distinctionem specificam obiectorum. «Cum enim (ut dictum est dist. 23 q. 1) circumstantiae sunt obiecta partialia et secundaria actus elicti virtuosus, variata circumstantia secundum speciem, variatur etiam actus et habitus secundum speciem. Sed actus cuiuslibet gradus ascendendo habet aliquod obiectum et circumstantiam specie distinctam ab obiecto seu circumstantia gradus inferioris, propter quod, quantumcumque augetur habitus gradus inferioris, nunquam inollet ad actum gradus superioris.

Notitie 2)

Secundo notandum pro intellectu huius clausulae 'formaliter imperativus', quod actus dupliciter dicitur imperativus: formaliter et virtualiter seu aequivalenter. Actus formaliter imperativus executionis est actualiter velle exsequi aliquid simpliciter aut velle sustinere actualiter sine rebellionem. Ut si quis «intendat sibi morte pro defensione fidei imperat potentis inferioribus sustinere mortem sine rebellionem, istud imperium» (quod nihil aliud est quam «velle actualiter sustinere mortem, dum inferitur, pro defensione fidei) est actus imperativus. Similiter phabens multas divitias, qui vult actualiter et efficaciter illas dare pauperibus; quod est imperare membris exterioribus executionem. Nam illud imperare membris nihil aliud est quam actualiter velle per membra dare pauperibus.

Actus imperativus non formaliter, sed aequivalenter est velle aliquid non absolute, sed conditionaliter, scilicet amoto impedimento; ut pauper, qui vult dare omnia sua propter Deum, si haberet danda. Illud velle non est velle simpliciter et absolute; non enim potest rationaliter velle simpliciter et absolute dare, qui danda non habet, propter impedimentum, scilicet caritatem doni dandi. Similiter velle sustinere mortem, si immineret, pro fidei defensione propter Deum, licet modo

53	nisi G (Occ.) non TBL	60	dist. 23 q. 1] supra G
55	eum om. G	61	variata] variatur TBL
58	et] quinque G	B 8	qui] et G

58/65 Cf. Occ. ib.
 59/62 Cf. Biel III d. 23 q. 1 L 41-59.
 B 2/10 Cf. Occ., Sent. III q. 12 a. 2 dist. 2
 I: quodl. IV q. 6 a. 2 dist. 2.
 11/24 Cf. Occ. ib.

non imminet. Illud velle est actus imperativus non formaliter, sed aequivalenter.

Et ex illis actibus generantur habitus specie distincti; tum propter distinctio-
nem obiectorum specificam, quia unus actus habet impedimentum pro obiecto,
20 alius, qui est formaliter imperativus, non habet; tum quia, quantumvis habitus
aequivalerent imperativus quantumlibet augetur, non inclinabit ad actum for-
maliter imperativum; tum quia separari possunt, quia potest aliquis habere actum
imperativum aequivalenter respectu obiecti, licet quantumquam habeat actum impe-
rativum respectu eiusdem formaliter.

[Notabile 3]

C Tertio notandum quod actus dicitur bonus vel malus tripliciter, scilicet ex
genere, ex circumstantiis, ex principio meritorio; quod est dictum: actuum bonorum
quidam est bonus ex genere, quidam bonus moraliter, quidam bonus meritorie.
De quibus dictum est II dist. 7 q. 1 circa principium, et descripta sunt singula mem-
5 bra cum bonitate naturali, quae ibi addita est pro quarto membro. Sufficiat hic
ponere exempla.

De actu bono ex genere: Ut dum elicitur actus circa debitam materiam sine aliis
circumstantiis; ut velle dare eleemosynam de suis bonis, comedere cibum naturae
convenientem, resistere non sua. Illi enim actus sine aliis circumstantiis elicti non
sunt moraliter boni, quia non sunt elicti secundum omnes circumstantias, quas
10 ratio recta determinat. Quia tamen actus illi cadunt super debitam materiam, id
est super materiam, quam ratio recta determinat, dicuntur boni ex genere.

De actu bono ex circumstantiis: Ut actus elictus circa debitam materiam cum
omnibus circumstantiis, secundum quas ratio recta dicitur eliciendum, propter
honestatem actus vel propter conservationem naturae proprii suppositi aut pacem
15 vel aliud bonum aut utilitatem rei publicae tamquam propter finem, quem scilicet
ratio recta dicitur. Iste actus sic elictus non est meritorius, quia non est ordinatus
in Deum tamquam in finem secundum inclinationem caritatis et gratiae. Est tamen
moraliter bonus; est enim elictus secundum omnes circumstantias, quas naturalis
philosophus ut talis dicitur adesse debere. Sic sumere cibum naturae convenien-
tem pro loco et tempore et modo debito etc. propter naturae conservationem est
20 actus moraliter bonus. Sic exponere se pro conservatione rei publicae secundum
dictamen rationis rectae est bonus moraliter; et ita de aliis.

De actu bono meritorio sive bonitate gratuita: Ut dum actus elicitur secundum
rationem rectam quantum ad materiam et omnes circumstantias inesse debitas
propter Deum tamquam propter finem secundum inclinationem caritatis et gratiae
inexistentis. Ille enim actus est Deo gratus et ad praemium acceptatur, et nullus

22 possunt] potest BL
C 3 quidam (1.) quidem T

9 sua] suum G
10/17 quem... dicitur add. G in marg.
7/9 Cf. Occ. ib.
13/15 Cf. Occ. ib.
24/27 Cf. Occ. ib.

C 1/5 Cf. Biel II d. 7 B.
1/2 Cf. Occ., Sent. III q. 12 a. 2 dist. 6
N; Quodl. IV q. 6 a. 2 dist. 6.

alius. Sic orare, abstinere, iunio et comedere ex caritate propter Deum secundum
dictamen rationis rectae sunt actus boni gratuita bonitate et meritorii.

Sic velle furari, velle fornicari, adulterari etc. sunt actus ex genere mali, etiam
30 nulla alia circumstantia attenda, quia cadunt super debitam materiam, puta rem
non suam. Et de illis dicit *Philosophus* II Ethicorum cap. 7, quod mox nominata
convoluta sunt malitia. Nam nomina illa: 'fornicari', 'furari' etc., connotant mali-
tiam et deformitatem. Ideo per nullam circumstantiam possunt bene fieri.

Sic facere bonum ex genere non bene, non secundum debitas circumstantias, si
puta dare eleemosynam de suis non in tempore debito vel loco vel fine, est malum
ex circumstantiis. Positive, si fit cum circumstantiis contrariis contra dictamen
rectae rationis; et tunc est malum vitiosum. Aut privative, si careat circumstantiis
ad bonitatem requisita, licet non assit contraria; et tunc non est malum vitiosum,
sed malum privative, id est non bonum, nisi forte circumstantiis non-inexistens tunc
esset debita inesse.

Similiter facere bonum ex circumstantiis debita, non propter Deum ex caritate,
est malum oppositum bono meritorio; positive, si fit propter finem contrarium, ut
propter vanam gloriam aut alium finem prohibitum; vel tantum privative, si non
fit propter finem caritatis, sed propter alium finem licitum; et tunc non est merito-
45 rium, sed nec demeritorium.

[Notabile 4]

Quarto notandum post *Occam* in III q. 12 art. 2 et in *Quodlibeto* IV q. 6, ubi D
eandem quaestionem habet de verbo ad verbum (licet plus videatur pertinere ad
Quodlibeta quam ad *Repetitorium* tertium, ad quod remittit in quaestione nunc
allegata art. 1 art. 3 concl. 1), quod habituum inclinativorum ad actus quidam sunt
subiective in parte sensitiva et quidam in voluntate. De quo latius supra dist. 23 q. 1. 5

Primum membrum patet de brutis, furiosis, infatuatis hominibus per experien-
tiam, qui possunt elicere aliquos actus in absentia rerum sensibilibus; et non per
intellectum et voluntatem, quia in eis non est usus rationis; ergo per phantasiam
et alias virtutes sensitivas operantur. Hoc autem non potest esse sine habitu genito
ex actu, qui habetur in praesentia istarum rerum; alioquin transiret de contra-
dictorio in contradictorium sine mutatione facta in re etc. Nam operantur in talibus
et appetitus sensitivus post primum actum possunt aliquem actum elicere, quem
non possunt habere arte primum actum; ex illo ergo actu aliquid generatur in illa
potentia. Non species, quia, si illa poneretur, esset praevia actu primo, nec species

42 debita add. G supra verbum cir- D 1/4 post... concl. 1 om. G
44 circumstantia finem om. G 14 poneretur, esse] ponatur, erit G

30/33 Cf. Occ. ib.
32/33 Cf. Arist., Eth. Nicom. II c. 6
(1107a 9s); cit. apud Occ. ib.
35/37 Cf. Occ. ib.
D 3/4 Cf. Occ., Quodl. IV q. 6 a. 3 art. 1
concl. 1 (in fine). 4/5 Occ., Sent. III q. 12 a. 2 dist. 7 O;
Quodl. IV q. 6 a. 2 dist. 7.
5 Cf. Biel III d. 23 q. 1 S 18 - X.
6/15 Cf. Occ. ib.

15 esse potest aut movere potentiam nisi in praesentia obiecti; ergo erit habitus. Nam quiddam sequitur actum, inclinans ad similem actum, habitus est. Licet forte ab *aliquibus* in cognitivis posset nominari species.

20 »Secundum membrum patet, quia aliquis habitus est simpliciter et intrinsece »virtuosus. Et ille non potest esse nisi in sola voluntate, ut supra loco statim allegato probatum est.

»Praeterea: Si non, hoc non esset nisi propter libertatem voluntatis, quae non potest determinari seu determinate inclinari ad unam partem contradictionis, vel propter conformitatem eius ad rationem rectam, a qua non possit discordare.

25 »Primum non impedit, quia secundum omnes caritas ponitur in voluntate ad elicendum actum meritorium, qui libere elicitur; alioquin non esset meritorium. Et tamen inclinatur voluntatem per modum naturae et ad unum determinate. Inclinatur quidem, non necessitat. Et ideo libertatem voluntatis non tollit. Nec secundum dici potest, quia manifeste falsum est, cum frequenter voluntas deviat a recta ratione.

[Notabile 5]

E Quinto notandum de prudentia secundum *eandem* ubi supra, quod prudentia accipitur quadrupliciter. Uno modo pro simplici habitu. Alio modo pro aggregato ex pluribus notitiis simplicibus. Accipiendo pro simplici notitia, capitur tripliciter: large, stricte vel strictissime.

5 (1.) Large est notitia directiva respectu cuiuscumque agibilis mediate vel immediate. Sic accipit *Augustinus* I De libero arbitrio. Hoc est: Est notitia adhaesiva propositionis dictantis aliquid agendum aut ostendens agendi modum, sive sit universalis sive particularis, id est singularis, sive nota per se sive per experientiam sive ex his doctrinaliter deducta.

10 Ex quo sequitur quod propositiones practicae, quarum notitia assensiva est prudentia large, sunt in quadruplici differentia: quaedam universales, quaedam particulares, id est singulares.

Universales sunt duplices: quaedam per se notae, ut illa: 'Omni benefactori est

16	similem] simile G actum (2) om.	2	habitum] add. G: et hoc tripliciter, et
20	est om. G	3/4	tripliciter om. G
23	discordare] discordari G	6	Sic... arbitrio om. G Est (2) om.
25	meritorium G (Occ.) meritorie TBL	7	sit] add. G in marg.: propositio particularis id est om. G
26	quidem] quidam T	8	Ex... quod] Unde G
E 1	secundum... supra om. G	10	
18/20 Cf. Occ. ib.		E 1/9	Cf. Occ., Sent. III q.12 a.2 dist.1
19/20 Cf. Biel III d.23 q.1 P 16-67; X.			H; Quodl. IV q.6 a.2 dist.1.
21/23 Cf. Occ. ib.		6	Cf. Aug., De lib. arb. I c.13 n.27
27/28 Cf. Biel III d.23 q.1 P 46-56.			(Ochr 29, 228s; MPL 32, 1235);
			cf. apud Occ. ib.

beneficiendum', 'Omne bonum honestum est diligendum', 'Rectae rationi est obediendum', 'Omne malum culpae est fugiendum', et sic de aliis.

Quaedam notae per experientiam, ut: 'Omnis iracundus per dulcia verba est leniendus', 'Omnis timidus per exercitia bellica est animandus'.

Sic particulares sunt duplices: quaedam notae per doctrinam, ut quae deducuntur ex universalis nota per experientiam. Ut cum arguitur: Omnis iracundus est per dulcia verba leniendus; et ille est iracundus; igitur ille est per dulcia verba leniendus. Posito quod aliquis maiorem et minorem noverit per experientiam, sed non conclusionem, ille per hanc deductionem syllogisticam assentit conclusioni, et ita per doctrinam.

Quaedam sunt notae per solam experientiam, ut haec: 'Ille iracundus est per dulcia verba leniendus', si expertus est quod ille quandoque per dulcia verba est lenitus et ab iracundia circumtus.

(2.) Stricte accipitur prudentia »pro notitia immediate directiva circa aliquod agibile propositionis particularis» notae per doctrinam, non per experientiam; ut eius, quae evidenter sequitur ex propositione universali per se nota vel nota per experientiam. Exemplum: Ut notitia huius: 'Hic benefactori est beneficiandum', hic iracundus est dulcibus verbis leniendus', si utriusque notitia est acquisita per doctrinam modis praedictis.

(3.) Strictissime accipitur pro notitia practica aliorum particularis, directiva immediata circa aliquod agibile, accepta per solam experientiam, non per deductionem ex universalibus; ut notitia illius: 'Iste iracundus est per verba dulcia leniendus', scilicet si est gentia per experientiam.

Quod dico »notitia», potest accipi pro notitia habituali vel actuali, quia etiam est prudentia habitualis et prudentia actualis.

Et accipiendo prudentiam stricte et strictissime, distinguitur a philosophia moralis, quae est scientia. Nam philosophia moralis, quae est scientia, est universalium, non particularium, id est singularium; prudentia vero particularium.

Sed primo modo accipiendo prudentiam, est superius ad philosophiam moralem. Philosophia namque moralis est notitia scientifica acquisita ex principiis notis per se vel experientiam. Et ideo ad eam non pertinent notitiae particulares, id est singulares. Talium enim non est scientia, cum non sint necessariae.

Verum, quod moralis philosophia etiam quandoque capitur stricte solum pro notitia scientifica acquisita ex principiis per se notis, alio modo largius et tamen

14	Rectae rationi] Omni rationi rectae TBL	36	scilicet om. G
20	dulcia (1)] pulchra G verba (1)] vera TBL dulcia (2)] pulchra G	42	primo] prima TB modo om. TBL moralis] naturalem G
24	est om. G	44	vel] add. G: per
25	dulcia] pulchra G	44/45	id est singulares om. G
33	particularis] partis TBL	47	et om. G
27/32 Cf. Occ. ib.		37	V. supra hn.5.27.33.
33/36 Cf. Occ. ib.		39	V. supra hn.27ss. 33ss.
37/49 Cf. Occ., Sent. III q.11 dub.3 T;		42	V. supra hn.5ss.
q.15 G/H.		47/48	V. supra hn.43ss.

proprie, ut supra definita est. Sed quocumque modo accipitur prudentia, secundum aut tertio modo, distinguitur a morali philosophia.

4.) Quarto modo accipitur prudentia pro aggregato ex notitiis quibuscumque immediate directivis, sive habeantur per doctrinam sive per experientiam, circa omnia opera humana requisita ad bene vivere moraliter. Illo modo prudentia non est una notitia tantum, sed includit tot notitias quot sunt virtutes morales requisitae ad simpliciter bene vivere, quia quaelibet virtus moralis habet propriam prudentiam et notitiam directivam.

Quod probatur: Quia prudentia est notitia adhaesiva propositionis. Cum ergo aliae sint propositiones directivae respectu operationum unius virtutis et aliae respectu operationum alterius virtutis, erit alia et alia notitia adhaesiva et per consequens alia prudentia.

»Praeterea: Aliquis potest scire unam conclusionem practicam, cuius notitia immediate dirigit circa materiam unius virtutis, et habere ignorantiam dispositionis per habitum erroneam circa aliam conclusionem directivam operationum circa obiectum alterius virtutis. Potest enim aliquis evidenter scire illam: 'Homo debet temperate vivere' et errare circa illam: 'Pro defensione illius articuli: Deus est trinus et unus est moriendum voluntarie', quia posset credere hunc articulum esse falsum. Ergo non est eadem notitia directiva respectu operationum cuiuslibet virtutis. Alter enim posset impossibile scire unam propositionem practicam et ignorare aliam. Et per hoc etiam probatur distinctio inter illas prudentias non tantum numeralis, sed etiam specifica propter obiectorum diversitatem.

[Notabile 6]

Sexto est notandum quod connexio virtutum dupliciter potest intelligi post *Oecam* in II q. 11 iuxta finem:

Uno modo sic, quod connectantur seipsis formaliter, ita quod posita una virtute secundum gradum perfectum vel imperfectum, eorumponeatur alia secundum gradum «similem» perfectum vel imperfectum.

Secundo modo potest intelligi dispositiva, ita quod posita una virtute, ponitur quaedam dispositio ad alias virtutes. Et hoc dupliciter: vel principiative vel inclinative.

Principiative, ita quod in quolibet habente virtutem unam sunt quaedam principia, quibus disponitur ad actum cuiuslibet virtutis, occurrente eius materia. Haec principia in ratione sunt propositiones universales per se notae, quae possunt esse praemissae, scilicet maiores in syllogismo practico concludente propositionem particularem sive conclusionem particularem directivam ad actum cuiuslibet virtutis,

50 modo om. TBL F 1/2 post ... finem om. G
58 operationum] add. GT: respectu 12/13 propositionem ... sive om. G

50/59 Cf. Occ., Sent. III q. 12 a. 2 dist. 1 F 1/5 Cf. Occ., Sent. III q. 11 dub. 4 Y;
H; Quodl. IV q. 6 a. 2 dist. 1. 9/18 Cf. Occ. ib. Z.
60/69 Cf. Occ. ib.

et in voluntate assensus voluntatis, quo elicit velle dictatum per huiusmodi universales propositiones; ut sunt illa principia: 'Omne dictatum a recta ratione est faciendum', 'Omne honestum est agendum', 'Omne turpe est fugiendum', 'Omne bonum dictatum a recta ratione esse diligendum est diligendum', et sic de aliis multis; et velle conformiter illis.

Inclinative, ita quod habet aliquem actum in voluntate, per quem concurrente prudentia, id est recta ratione, inclinatur ad primum actum alterius virtutis. Ut qui habet in se virtutem castitatis, qua vult continere ab omni concubitu, si occurrat aliquis volens compellere poenis ad incontinentiam, iam virtus castitatis inclinatur ad velle fortiter sustinere poenam, ne perdat castitatem; quod velle est primum actus fortitudinis.

[Pars I articuli 2]

Quantum ad articulum secundum, in quo ponendae sunt conclusiones responsivae, primo ponuntur conclusiones de connexione virtutum moralium inter se, secundo de connexione virtutum moralium cum prudentia, tertio de connexione virtutum theologicalium inter se, quarto de connexione virtutum moralium cum theologicalibus, quinto de connexione virtutum moralium cum virtutibus inferiorum potentiarum.

[Conclusio 1]

Quoad primum est haec prima conclusio secundum *Oecam* ubi supra q. 11 Reperitur tertii et Quodlibeto IV q. 6: Virtutes morales inter se in nullo gradu sunt formaliter connexae.

Probat: Quia nulla virtus moralis in quocumque gradu perfecto vel imperfecto coexistit aliam virtutem in quocumque gradu; ergo non sunt formaliter connexae. Consequentia patet ex quod nominis connexionis formalis.

Antecedens probatur: Quia, cum omnis virtus acquisita (de qua intelligenda est conclusio ista cum sequentibus, quae loquuntur de virtutibus moralibus) acquiritur ex actibus frequentatis, potest quis se exercitare elicendo actus frequentes circa materiam unius virtutis, non elicendo actum circa materiam alterius virtutis;

14/15 et ... propositiones add. G in marg.	19	habet] habeat BL
17 esse diligendum] est eligendum TBL est] et BL	23	sustineret] sustinendum G
18 et ... illis add. G in marg.	8/9	ubi ... q. 6] et Scotum G
	16	potest] quibus potest BL

19/24 Cf. Occ. ib.	3/4	V. infra P.
G 2/6 Cf. Scot., III d. 36 n. 1 (in fine; VII/2, 783); Occ., Sent. III q. 12 a. 3 O (in fine); Quodl. IV q. 6 a. 3 (in principio).	4/5	V. infra Q.
2 V. infra G-M.	5/6	V. infra R.
3 V. infra N/O.	9/12	Cf. Occ., Sent. III q. 11 dub. 4 Y; q. 12 a. 3 art. 1 concl. 3 X; Quodl. IV q. 6 a. 3 art. 1 concl. 3.
	13	V. supra F 3ss.

iste acquirit habitum inclinantem ad actus similes actibus, ex quibus genitus est, et nullum habitum circa materiam alterius virtutis, cuius actus non exeruit; ergo potest habere unam virtutem sine alia. — Consequentia nota, quia virtus omnis moralis est habitus ex actibus acquisitus, II Ethicorum. — Minor similiter nota, quia non frequentatis actibus non generatur habitus et per consequens nec virtus. — Maior probatur: Quia possibile est, quod non occurrat materia cuiuscumque alterius virtutis ei, qui se in una virtute exercet, quia possibile est, quod talis se in una virtute exercens, actus eius elidendo, nunquam cogitet de materia alterius virtutis. Sicut exercens se in virtute temperantiae potest nunquam elicere aliquem actum magnificientiae vel liberalitatis, ut religiosi, voluntarii pauperes propter Deum, omnium temporalium proprietatem abdicantes, nec de actibus magnificientiae aut liberalitatis cogitare, et tamen exercendo actus temperantiae acquirere temperantiam secundum perfectissimum eius gradum, nunquam elidendo alterius virtutis actum, nisi forte per accidens.

Et si diceres: »Licet materia alterius virtutis non occurreret exterius, occurreret tamen interiori in phantasmatibus, et circa illam oportebit recte elicere, et inde acquiritur virtus alia. Respondetur quod possibile est intellectum »illa alia non considerare, sed tantum illa, ad quae inclinatur virtus acquisita, »quia non contingit intellectum multa simul distincte intelligere »secundum communiter loquentes. Vel si occurrant alia ad aliam virtutem pertinentia in intellectu, »potest voluntas non elicere circa illa» aliquem actum, immo praecipere intellectui »non-considerationem illorum» et praecipere »considerationem illorum, quae pertinent ad virtutem, quam habet».

Præterea arguit ad conclusionem Scotus: »Virtus est perfectio aliqua hominis, et non totalis, quia »tunc sufficeret virtus una moralis». »Quando autem sunt plures perfectiones partiales» aliquis, potest illud »esse simpliciter perfectum secundum unam perfectionem in summo, et »esse simpliciter imperfectum secundum aliam. Sicut apparet in homine, cuius est habere multas perfectiones organicas, potest enim »habere unam perfectionem in summo, nihil habendo de alia, ut esse summe dispositus quantum ad visum vel gustum vel olfactum», et nihil habere »de auditu. Igitur potest aliquis habere perfectionem respectu materiae temperantiae» in summo, nihil habendo de perfectione, quae requiritur circa materiam alterius virtutis, et per consequens potest esse simpliciter temperatus quantum ad quocumque habitum temperantiae» et non esse liberalis aut magnificus vel fortis circa actus bellicos. Verum talis licet sit simpliciter et perfecte temperatus,

18	est om. G	40	habet G (Scot.)] habent TBL
19	exercuit] exercuit TBL	46	enim om. G (Scot.)
21	acquisitus] acquisitis TBL	47	dispositus] dispositum G (Scot.)
22	occurreret [2] occurret T	49	requiritur] requireretur G (Scot.)
20/21	Cf. Arist., Eth. Nicom. II c.6 (1106b 36—1107a 2); cf. Biel III d.23 q.1 Q.4ss.	23/25	Cf. Scot. III d.36 a.1 n.2.3 (VII/2, 784).
21	V. supra Ih.18s.	32/40	Cf. Scot. Ib. n.4 (VII/2, 785).
22	V. supra Ih.14—17.	41/56	Cf. Scot. Ib. n.9 (VII/2, 793).

»non tamen erit simpliciter» aut perfecte »moralis sine omnibus virtutibus moralibus, sicut non est perfecte sentiens sine omnibus sensibus. Sed non est minus temperatus, licet sit minus moralis; sicut non est minus perfecte videns surdus, licet sit minus perfecte sentiens».

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Omnes virtutes morales verae seu perfectae quantum ad H eorum actus principiative sunt adinvicem connexae.

Hanc concl. 2 vide clarius in *Ossam* in Repertorio tertio q. 11 iuxta finem et in Quodlibeto IV q. 6, ubi remittit ad Repertorium ubi supra.

Probatur: Quia sunt quaedam principia universalis omnibus veris moralibus virtutibus praesupposita, sine quibus nulla vera virtus acquiri potest, quae tamquam causae partiales inclinant ad omnium virtutum actus, occurrente earum materia; ergo sunt principiative connunctae seu connexae. Tenet consequentia ex quid nominis connexionis principiative.

Antecedens habet tres partes.

Prima, quod sunt quaedam principia universalis omnium verarum virtutum actibus praesupposita. Quae sic probatur: Nam omni actui verae virtutis praesupponitur hoc principium: »Omne dictatum a ratione» recta vest faciendum, nequum in ratione, sed etiam in voluntate consentiente, id est sic volente. Quia de ratione verae virtutis est, quod inclinatur ad actum eliciendum secundum dictamen rectae rationis propter hoc, quia sic dictatum est a recta ratione; ergo praesupponitur tamquam evidens verum, quod omne dictatum a recta ratione est faciendum, et actum voluntatis consentientis, id est volentis omne dictatum a ratione recta.

Secunda pars antecedentis, quod sine tali principio nulla vera virtus acquiri potest, satis patet ex priori. Nam actus voluntatis non est virtuosus, nisi eliciatur propter hoc, quia sic dictatum est; ergo oportet ostendere voluntati, quod omne dictatum a recta ratione est faciendum et quod ille actus sic est a recta ratione dictatus; alioquin non eliceretur propter hoc. Oportet enim dictamen rectae rationis esse obiectum voluntatis, ut ostensum est supra. dist. 23 q. 1.

Tertia pars antecedentis, scilicet quod illud principium tamquam partialis causa inclinatur ad omnem actum virtuosum, occurrente eius materia, probatur: Quia illud principium est pars dictaminis rationis rectae ad actum virtuosum requisitae. Est enim maior syllogismi practici conclusivae ostendentis tale esse faciendum propter rationem rectam. Sic enim syllogizat intellectus: Omne dictatum a ratione recta

H 3/4	Hanc ... supra. om. G	in marg. infra columnam (prius om. propter hominototal.)
13	recta om. G	
22	recta (1) om. G	28 syllogismi om. G [conclusivae]
26/27	occurrente ... virtuosum add. G	conclusionis G
H 1/2	Cf. Occ. Sent. III q.11 dub. 4 Z;	8/9 V. supra. F. 9ss.
4	Quodl. IV q.6 a.3 art.1 concl.1.	12/13 Cf. Occ. Ib.
5/6	V. supra D 2-4.	23/24 Cf. Biel III d.23 q.1 I 95-110.
	Cf. Occ. Ib.	
40	Biel, Collectorium III	

est faciendum propter hoc, quia sic dictatum est: sed tale velle (gratia exempli subveniente pauperi indigenti propter Deum) est dictatum a ratione recta; ergo est volendum. Hoc autem dictamen est causa partialis rectae volitionis virtuosae, sine qua non eliceretur talis volitio. Ergo inclinatur ad talem actum tanquam partialis causa eius. Hoc autem inclinare est esse causam. Inclinatur autem non se solo, sed cum minore cuiuslibet virtutis actum repraesentante, et per hoc ad quamlibet virtutem.

Dicitur notanter in conclusione »quantum ad eorum actus«, quia habitus virtutis potest manere in voluntate peccantis, et tunc non inclinatur principiativè ad actum virtutis, quia in peccante non est hoc principium in voluntate, scilicet velle omne dictatum a recta ratione, quia impossibile est voluntatem velle peccare et simul velle omne dictatum a recta ratione, quia recta ratio dicitur non esse peccatum, et sic vellet simul contradictoria. Licet ergo habitus virtuosus praesupponat hoc principium voluntatis in fieri, non tamen ipsum requirit in facto esse.

[Conclusio 3]

I Tertia conclusio: Omnes virtutes verae morales seu perfectae inclinative adinvicem sunt connexae.

Probat: Quia omnis virtus vera cum voluntate est generatva primi actus cuiuslibet virtutis, ex quo virtus potest generari; ergo.

Antecedens probatur: Quia, si quis habet virtutem, habet habitum inclinantem eum firmiter ad elicendum actum virtuosum et ita ad non dimittendum actum propter quodcumque contrarium vel impediens. Et ideo si per actum alterius cuiuscumque virtutis potest resistere aut repellere contrarium, ad illum actum occurrunt casu inclinabile. — Exempli causa: Alquis habet habitum castitatis virginalis. Si alius minetur mortem, nisi fornicetur, licet habeat castitatis virtutem veram non habeat virtutem fortitudinis, quia prius non elicit aliquem actum eius, tamen antequam velit fornicari, eligit per habitum castitatis magis sustinere flagella et ultima supplicia. Et talis electio est primus actus fortitudinis. Ex talibus enim frequentatis generatur habitus fortitudinis: — Et ita generaliter habens unam veram virtutem, illa virtus occurrente materia alterius virtutis cum circumstantiis necessario sequente eam vel repugnante, puta si oporteret deserere actum virtutis aut facere aliquod inhonestum aut intrare carcerem, nisi virtutem habitam desereret, tunc ad actum alterius virtutis sufficienter inclinaret. Si autem occurreret materia alterius virtutis cum circumstantiis impediens (hoc est nec conveniente

30	est (2) om. G exempli] add. G:	43	requirit] requiritur BL
33	actum om. G	I 9	habet] habens BL
34	autem ... est] est inclinare G	13	Et om. BL
		19	conveniente] consequente G
35	V. supra ln.30s.	9/13	Cf. Occ., Sent. III q.11 dub.4 Z.
37	V. supra ln.1s.	14/21	Cf. Occ., Sent. III q.12 a.3 art.1.
I 1/4	Cf. Occ., Sent. III q.11 dub. 4 Z;		concl.2 U; Quodl. IV q.6 a.3
	q.12 a.3 art.1 concl.2 U; Quodl.		art.1 concl.2.
	IV q.6 a.3 art.1 concl.2.		

nec repugnante, ita quod sive absit illa circumstantia, nihilominus manet virtus acquisita et actus eius), ad illam non inclinatur. Ut si occurreret pauper, cui esset danda elemosyna, quae est materia liberalitatis, ad illum actum virtus castitatis non inclinaret, licet principium universale cuiuslibet virtutis praesuppositum ad illum actum inclinaret.

<Ad conclusiones 2 et 3>

Dicitur in illis duabus conclusionibus notanter »vera seu perfecta virtus« propter virtutes primorum duorum graduum, quae non sunt verae virtutes neque perfectae. — Non verae, quia actus eorum non eliciuntur propter hoc principiativè, quia sic dictatum est a ratione recta; sed eliciuntur conformes rationi rectae propter honestatem aut utilitatem aut pacem rei publicae aut aliquod simile secundum omnes circumstantias praeter illam dictam, ita quod, licet eliciant actum, qui est conformis rationi rectae, non tamen ideo, quia conformis rationi rectae. Et haec quidem circumstantia est de ratione verae virtutis moralis, ut patuit ex eius definitione supra dist. 23 q. 1 exposita. — Neque perfectae, quia illa sola est perfecta virtus, quae est quarti vel quinti gradus, cuius actus fit principiativè propter finem vere et simpliciter ultimum, scilicet propter Deum super omnia dilectum; hoc est, qui fit propter hoc, quia ratio recta dictavit actum illum elicendum propter Deum super omnia dilectum. Sunt ergo virtutes primi et secundi gradus virtutes analogice, quia similes secundum operationes exteriores virtutibus, non sunt tamen verae virtutes.

Unde *Guilielmus Occam* in parte I sui *Dialogi* libro VI cap. 79 notat »quod K bonum actum exteriorum contingit tripliciter exereere; ut pascere pauperem »vel propter Deum vel quia dicitur a ratione naturali recta« vel tertio »propter aliquod bonum utile vel delectabile consequendum aut propter aliquod malum vel periculum evitandum. Sub primo modo comprehendit quartum et quintum gradus, sub secundo modo tertium gradum, sub tertio primum et secundum.

Subdit: »Actibus bonis primo modo elictis correspondent virtutes perfectae. Qui enim pauperem pascit ex habitu propter Deum, habet virtutem pietatis seu misericordiae, quae est virtus perfecta. Et qui ex habitu vera »loquitur propter Deum, habet veracitatem, quae est virtus perfecta. Has virtutes »habent soli fideles, quia illi solum propter Deum ex caritate« operantur.

20	sive (1) ... absit] cum G	31	illam dictam] iam dicta TBL
29	eliciuntur conformes] elicit ac-	37	elictant] elicit G/TBL
30	publicae om. G	K 11	actum om. G
			solum] soli G (Occ.) propter
			Deum TBL (Occ.) om. G
26	V. supra H 1; I 1.	K 1/5	Cf. Occ., Dial. I lib.6 c.77 (fol.
27	V. supra A 13-25.		90vb).
32/34	Cf. Biel III d.23 q.1 I 98-110;	5	V. supra A 28-57.
	Q. 48s.	6	V. supra A 26s.
35	V. supra A 28-57.	6	V. supra A 13-25.
38	V. supra A 13-25.	7/23	Cf. Occ. ib.

»Actibus bonis secundo modo elicitis correspondent virtutes verae, sed imperfectae respectu priorum. Verae, quia actus eliduntur propter hoc, quod recta ratio sit dictat elicendos. Et sic convenit eis definitio virtutis. Non tamen perfectae, quia non principaliter propter Deum. Velle enim verum dicere quia recta ratio dicit propter Deum esse dicendum, multo perfectius est quam velle verum dicere solum quia recta ratio sic dicit veritatem esse dicendam, sicut Deus perfectior est ratione sola; et illae virtutes et actus earum fuerunt etiam in quibusdam infidelibus philosophis volentibus vivere secundum rationem rectam, licet Deum ignorarent.

Actibus bonis exterioribus tertio modo dicitis non correspondent virtutes verae, neque perfectae neque imperfectae, quia neque virtutes simpliciter boni generantur, neque ipsi generantur ex virtutibus; quia illi actus exteriores boni fieri possunt conformiter rationi rectae et tamen non propter hoc quia conformes rationi, sed alia intentione bona, indifferenti vel mala. Ut si fiunt propter bonum rei publicae vel propter utilitatem propriam non prohibitam vel ex hypocrisis propter ambitionem aut alium finem malum. Quo modo Pharisaei multos actus exteriores bonos de genere operati sunt corrupta intentione et ita vitiose.

Tales itaque virtutes tertii modi, quae etiam sunt primi aut secundi gradus suprapositi, non connectuntur aliis veris virtutibus, neque formaliter neque principaliter neque inclinative. Quod non formaliter, manifestum est. Sic enim nec verae virtutes sunt connexae. Quod etiam non principaliter: quia non supponunt illud universale principium, quod omne dictatum a recta ratione est faciendum, tanquam causam suam partialem. Non enim propter hoc inclinant ad actum, quia sic est a recta ratione dictatum. Nec inclinative, quia quantumcumque inclinent etiam ad alios actus bonos, nunquam tamen virtuosos, quia semper deficit illa conditio: propter rectam rationem.

[Corollarium I]

Ex his duabus conclusionibus, secunda et tertia, elicitur notabile corollarium, quod omnis habens unam veram virtutem habet omnem virtutem sibi possibilem secundum cordis praeparationem; et omnis habens unum vitium, secundum cordis praeparationem est omni vitio irretitus. — Et idem est de habente actum vere virtuosum vel vitiosum. De actibus enim corollarium habet primo veritatem et de habitibus non nisi ratione actuum.

Ad omnis declarationem notandum quod »habere actus virtutum secundum praeparationem cordis nihil aliud est quam habere dispositionem vel principium inclinans ad actus virtutum. Et »irretiti vitio secundum cordis praeparationem

- 14 Et... virtutis om. G
- 18 earum] eorum GTBL
- 23 virtutibus TBL (Occ.) virtute G

29 quae] qui GTBL
L 4 est (2) om. G

29/30 V. supra A 13-25.
L 2/4 Cf. Occ., Dial. I hb.6 c.77.78 (fol.90va; 91rb).

7/11 Occ. ib. c.78 (fol.91rb).

est »habere dispositionem vel principium inclinans naturaliter ad vitium et per 10 nullam veram virtutem a tali vitio refrenari».

Tunc probatur prima pars corollarii: Quia omnis habens virtutem veram vel actum vere virtuosum habet in se hoc principium, quod vult vivere secundum rectam rationem; et per hoc vult actum cuiuscumque virtutis, quem recta ratio dicit. Hoc enim est velle vivere secundum rectam rationem: velle agere et cavere quidquid recta ratio dicit esse agendum vel vitandum. Sine enim tali principio, scilicet velle vivere secundum dictamen rectae rationis, nullus habet virtutem aliquam veram. Gratia exempli: Sine hac voluntate nullus »habet castitatem, quae est vera virtus, quantumcumque ab omni actu impudico abstinere. Qui autem habet castitatem, quae est vera virtus, habet iam hoc principium: velle vivere secundum rectam rationem, quo inclinatur ad omnem virtutis actum; quia cuiuscumque virtutis materia occurrente, si ratio recta dicat veritatem actum illius virtutis esse elicendum, statim vult eum elicere. Nam impossibile est velle antecedens et non velle consequens scilicet esse tale. Sed velle elicere actum talis virtutis est consequens ad illam maiorem: Volo omne dictatum a recta ratione, addita illa minore: Et elicere actum talis virtutis est dictatum a recta ratione. Ut patet sic syllogizanti: Omne dictatum a recta ratione volo; et velle elicere hunc actum est dictatum a ratione recta; ergo volo elicere hunc actum.

Pro secunda parte corollarium probatur, scilicet quod habens unum vitium secundum cordis praeparationem est quolibet vitio irretitus: Quia habens unum vitium habet in se dispositionem malam, scilicet contemptum rationis rectae, aversionem a Deo, amorem sui usque ad contemptum Dei, quae naturaliter eum inclinatur, occurrente materia cuiuscumque vitii, elicere actum illius vitii; nec habet aliquam virtutem veram ipsum ab alio vitio refrenantem; ergo etc. Consequentia nota. — Antecedens patet, quia habens in se vitium luxuriae, quo vult contra rectam rationem adulterari, inclinatur ad actus quoscumque promoventes ad materiam cuiuscumque vitii. Eliceret quoque, si non prohiberet vel propter absentiam obiecti vel alterius causae particularis, quae ad talem actum requiritur, aut aliam passionem praedominantem, ut timorem confusionis aut poenae vel damni temporalis et huiusmodi. Sic adulterum David impulit eum ad homicidium Uriae militis sui fidelis. Qui enim efficaciter vult adulterari, vult omnia, sine quibus adulterium non potest perficere, et amovere impedimenta per actus quorumcumque vitiorum, nisi aliunde retrahatur. Et horum consideratio multum valet ad vitiorum detestationem et ad generandum horrorem cuiuscumque vitii.

- 12 habens] add. G: unam
- 17 scilicet om. G
- 24 talis om. TBL
- 26 sic om. TBL
- 32 quae] qui L
- 33 inclina] inclinant G
- 36 ad materiam] adulterium GTBL

18/19 Cf. Occ. ib. (fol.91vb),
29/32 Cf. Occ. ib. (fol.91vb),
29/30 V. supra. lln.3s.
35/40 Cf. Occ. ib. (fol.91vb/92ra).
40/41 Cf. 2Reg 11.2-17.

[Corollarium 2]

M Secundum corollarium: Primi duo gradus virtutis comparantur secum tam habituale vitium quam actum vitiosum.

Probatur: »Quia aliquis potest temperate agere secundum primos duos gradus temperantiae et tamen velle iniuste agere, etiam stante rectae rationis dictamine, quo dicitur »quod talia opera iniusta non sunt facienda«. Nam quia secundum illos duos gradus non elicit actum virtuosum quia sic recta ratio dicitur, nihil prohibet hunc actum conformem rationis dictamini elicere et cum hoc alium non conformem elicere et ita vitiosum, propter suam libertatem ad rationis rectae dictamen non determinatum.

10 Verum, quod actum contrarium actui virtutis, quem elicit, illo stante elicere non potest propter formalem eorum contrarietatem, sed actum vitiosum alteri virtuti oppositum.

[Corollarium 3]

Corollarium tertium: Tertius virtutis gradus non stat cum vitio cuiusquam virtuti opposito et prudentiae illius virtutis dictamine recto.

15 Patet, quia quandoque saliquid est vitium quia tale praecise, nihil scitum esse tale potest esse notitum. Exemplum: Si diligo Socratem quia homo, Katharina quia pulchra, impossibile est, stante reduplicatione, quod odiam aliquem vel aliquam, quem vel quam scio esse hominem vel pulchram; »quia illa reduplicativa infert« illam universalem: »Diligo omnem hominem; cum qua non stat, quod odiam aliquem, quem scio esse hominem.« Sed in tertio gradu volo facere opera iusta praecise quia conformia rectae rationi ea sic fieri debere dicitur: »Ergo impossibile est, quod sciam aliquid sic esse dictatum a recta ratione, et tamen notum ipsum.

25 Et similiter: Impossibile est, quod aliquid contra dictamen rectae rationis velim; omnis autem actus vitiosus est contra dictamen rationis rectae; ergo nullus talis stat cum virtute tertii gradus.

Item: Habens quancunque virtutem tertii gradus (exempli gratia continentiam), ille vult omne dictatum a recta ratione; ergo non vult eius contrarium, hoc est aliquod reprobatum a recta ratione; sed omne vitium et actus vitiosus est contra dictamen et reprobatum ac reprobatum a recta ratione; ergo nullum tale potest velle. Et per consequens quilibet actus virtuosus cuiuslibet actui vitioso contrariatur et ita nullum secum comparatur.

M 4	rectae] recto G	18	odiam TBL (Occ.) otio G
7	non om. TBL	19	vel aliquam om. G vel quam
16	quandocunque] quantumcum- que TBL	22	in] e] casta J
17/18	Katharinam quia pulchra om. G	33	ita] illa TBL

M 1/5	Cf. Occ., Sent. III q.12 a.3 art.1 concl.4 Y; Quodl. IV q.6 a.3	14/24	Cf. Occ., Sent. ib. concl.5 Z; Quodl. ib. concl.5.
1	V. supra A 13-25.	14	V. supra A 26s.
		28/33	Cf. Occ. ib.

Additur in coroll. 3 »et recto dictamine prudentiae illius virtutis, cuius oppo- sito vitio repugnat«, quia, si error conlingeret in dictamine prudentiae, ita quod 35 indicaret actum vitiosum aliquem non esse vitiosum, sed bonum, tunc cum actu virtuosum voluntatis et tali errore potest stare vitiosus oppositus actui alterius virtutis. Gratia exempli: Si quis habet virtutem continentiae, et ratio dicitur dilapidatori sua turpiter aliqua esse secreto subtrahenda et convertenda in bonos usus, stante illo dictamine erroneo, posset continens elicere actum volandi subtrahere 40 dilapidatori et dare pauperibus. Hoc habet virtutem de errore invincibili, alias non. Quae tamen subtrahitio esset vitiosa, similiter et eius velle.

[Corollarium 4]

Quartum corollarium: Virtus quarti gradus repugnat omni vitio et errori culpabili. Probatur: Quia virtus quarti gradus habet annexam caritatem, quia elicit actum 45 suum finaliter et praecise propter Deum super omnia dilectum; sed caritati repugnat quidquid est culpabile, sive sit actus voluntatis sive error intellectus culpabilis.

Et dicitur notanter »cum errore culpabili«, quia bene stat cum errore invincibili. Sed ille non est culpabilis, nec actus ex illo procedens. Habet enim continentiam coniugalem in quarto gradu nolens cognoscere non suam propter Deum adultarium 50 prohibentem, si cognosceret non suam, quam errore invincibili putaret esse suam; Talis enim non peccaret, haec ignorantia invincibili stante, non suam sic cognoscendo nec sic errando, quia invincibilis error non est culpabilis. Stat ergo cum virtute quarti gradus.

(De virtute quinti gradus)

De virtute quinti gradus, hoc est heroica, quia illa potest includere secundum gradum tantum et non tertium nec quartum vel tertium et non quartum vel simul 55 tertium et quartum, et secundum hoc dicendum est de virtute heroica sicut de virtute illius gradus, quem praesupponit: Si ille stat cum vitio, potest et heroica stare cum vitio, si non, non.

60

[Conclusio 1]

Quantum ad secundum partem illius articuli de connexionione virtutum cum prudentia est conclusio prima: Omnes operationes vere virtuosae connexae sunt cum 65 actuali prudentia.

[Pars 2 articuli 2]

34	3 om. G	51	errore] errori TB
37	stare] add. G: actus	52	Talis enim om. G hac ... stante
38	continentiae] contingenciae T		om. G
39	esse om. G	53	ergo om. G
41/42	Hoc ... non om. G	N 2	cum om. G
49	Habet] Habens G		

34/35	V. supra lin.14s.	48	Cf. Occ. ib.
35/38	Cf. Occ. ib.	56	V. supra A 43-57.
44	Cf. Occ., Sent. ib. concl.6 AA; N 2/27		Cf. Occ., Sent. III q.12 a.3 art.4
45	Quodl. ib. concl.6.		concl.1 NN; Quodl. IV q.6 a.3
48	V. supra A 28-42.		art.4 concl.1.
	V. supra lin.44.		

Probatur: Quia omnis operatio virtuosa praesupponit dictamen rectae rationis in actu; et quodlibet tale pertinet ad prudentiam secundum aliquam quatuor acceptionum supra positarum; ergo conclusio vera. Consequentia nota.

Major patet ex definitione actus virtuosi supra distr. 23 posita.

Minor probatur: Quia omne dictamen rectae rationis practicum de operatione elicenda vel habetur per doctrinam vel per experientiam aut est per se notum. Et si sic, si sic, semper pertinet ad aliquam prudentiae acceptionem.

Et notanter dicitur in actu, quia ad hoc, quod actus sit virtuosus, non sufficit habitus prudentiae sine actu, quia nullus virtuose agit nisi scienter. II Ethicorum, et libere; ideo, nisi aliquando talis actus eliceretur ab habitu virtutis sine actu prudentiae, non esset virtuosus, sed magis eliceretur sicut actus appetitus sensitivi habitus. Sicut patet in infatuatis, «qui aliquid volunt, quod prius virtuose voluerunt, propter habitum delictum in voluntate, qui inclinabat ad actus virtuosos, quando fuit in bono statu mentis, sed nunc non est virtuosus, quia nec est talis laudandus nec vituperandus» propter tales actus suos. Cuius ratio: «Quia nescit quid facit, quia actum prudentiae, qui est dictamen rationis rectae, non habet».

Ex quo sequitur secundum *Oecam* ubi supra in Quodlibeto et in tertio, quod actus prudentiae habet se ad actum virtuosum in genere causae efficientis, quia habet se in genere causae, cum necessario requiratur ad eius esse, et non materialis, formalis nec finalis; ergo efficientis. Impossibile enim est, stante lege, esse actum moraliter bonum sine activitate actus prudentiae et ipsius voluntatis. Illa enim duo necessario requiruntur ad actum esse moraliter bonum, activitas scilicet actus prudentiae et actus voluntatis.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Virtutis moralis habitus habituali, non actuali prudentiae est connexus.

Quod habituali, probatur: Quia non potest habitus moralis generari sine habitu prudentiae nec manere sine eo; ergo. — Antecedens probatur: Quia habitus moralis non generatur nisi ex frequentatis actibus virtuosis; sed non possunt frequentari actus virtuosus nisi frequententur actus prudentiae; ergo, sicut ex illis frequentatis generatur habitus moralis, sic ex istis frequentatis generatur habitus prudentiae. Nec potest manere sine illo, quia, si corrumpitur habitus prudentiae, vel ergo per

4	rectae om. G	25	sine] sicut THL
15	infatuatis] fatuatis G aliquid]	35	moralis om. G generatur habi-
21	aliquod TB		tus prudentiae om. G
24/27	secundum ... tertio om. G	36	ergo om. G
	Impossibile ... voluntatis om. G		
5/6	V. supra E.		(c.4) (1105a 31s); cf. Biel ib. I
7	Cf. Biel III d.23 q.1 l.		4-13.
11	V. supra lh.5; cf. lh.3.		36/38 Cf. Biel III d.23 q.1 GG.
12	Cf. Arist., Eth. Nicom. II c.3		

negligentiam actuum elictorum corrumpetur; eadem ratione habitus virtutis. Si vero corrumpitur habitus prudentiae per errorem contrarium, corrumpetur et habitus virtuosus in voluntate, quia habitus in voluntate inclinatur ad actum quia ratio recta sic dicitur. Si ergo ratio dicitur oppositum per errorem, generabitur habitus priori contrarius; ergo prior corrumpitur.

Quod vero virtus habitualis non sit connexa actu prudentiae, patet, quia habitus manet in voluntate, nulla consideratione obiecti talis habitus existente in intellectu, ut patet in dormiente.

[Conclusio 3]

Tertia conclusio: Prudentia non connectitur virtuti morali, nec habitus habitui O nec actus actu.

Probata conclusione de actibus, patet de habitibus ex actibus generatis.

Probatur ergo de actibus: Quia potest stare iudicium rectum in intellectu et nulla esse electio conformis in voluntate et affectu; ergo.

Antecedens probatur auctoritate beati *Augustini* super illud Ps.: «Forte vivos deglutissent nos» *Vivite*, inquit, «absorbentur, qui sicut malum esse, et tamen consentiunt». *Idem* super illud Ps.: «Fiat mensar»: «Quid est vivos esse vitiosis consentientes, nisi scientes vicio consentire non debere, et tamen consentire? Eoec noverrunt musculum, et pedem mittunt» *Idem* super illud Ps.: «Concupivit anima meae»: «Praecepit intellectus, et sequitur tardus aut nullus affectus».

Probatur idem a ratione: Intellectu recte dictante, voluntas potest nihil eligere, sicut potest non eligere illud, quod dicitur ab intellectu; nihil autem eliciendo, non generatur in voluntate aliqua virtus; ex recto autem dictamine intellectus generatur prudentia, et ita absque virtute morali.

Item: Stante dictamine recto in intellectu, voluntas potest elicere oppositum contra dictamen rationis vitiose; et sic stabit actus prudentiae in intellectu sine actu virtuoso in voluntate, immo cum actu vitioso. — Antecedens patet, quia, nisi sic, voluntas non posset peccare, nisi esset error in intellectu, et per consequens nullus posset peccare ex malitia contra communem distinctionem peccati in peccatum ex ignorantia, ex infirmitate, ex malitia.

37	corrumpetur] corrumpetur G	8	Idem] Ideo G esse om. G
38	corrumpetur] corrumpetur G	9	et tamen consentire om. G
40	ratio (2)] non G	10	Idem] Ideo G
O	esse om. G	15	virtute] Scot.: alia virtute
6/7	Ps 123,3.	10/11	Ps 118,20.
7/8	Aug., Enarr. in Ps.123 n.5 (OChr 40, 1828,30s; MPL 37, 1642s); cit. apud Scot. III d.36 n.12 (VII/2, 800).	11	Cf. Aug., Enarr. in Ps.118, serm. 8 n.4 (OChr 40, 1689,59-61; MPL 37, 1522?); cit. apud Scot. ib.
8	Ps 68,23.	12/15	Cf. Scot. III d.36 n.12 (VII/2, 800).
8/10	Cf. Aug., Enarr. in Ps.68, serm.2 n.7 (OChr 39, 923,9s.12s; MPL 36, 859; non verbotenus); cit. apud Scot. ib.		

Præterea: Sciens non esse fornicandum potest velle fornicari et ita velle contra dictamen rectæ rationis. Antecedens patet, quia sciens nullum prohibitum lege divina esse faciendum, et quod fornicatio est quid lege divina prohibitum, scit fornicationem non esse faciendam; quia cognita maiore et minore simul cognoscitur et conclusio. Et talis potest velle fornicari, immo fornicando potest dictamen contrarium rationis habere et illud attendere, ut certa docet experientia; sicut de furto. Alioquin nullus posset scienter transgredi præcepta, contra illud: Servus sciens voluntatem domini suæ et non faciens, »vapula bit multis. Qui autem non cognovit et fecit digna plagis, vapulabit paucis.« Ubi innuitur aliquos contra domini voluntatem scienter operari, quibus tamen hæc maior nota est: Omne, quod est contra domini voluntatem, est omittendum.

Item: Stante recto dictamine in recta ratione, aut voluntas potest contrarium velle aut non. Si sic, habetur propositum. Si non, tunc voluntas non est libera, quia non habet actum suum in potestate sua.

Si dicit: Licet non habet actum suum immediate in sua potestate, tamen habet eum in sua potestate mediate, quia potest imperare intellectui, quod non consistet illud obiectum, sed aliud, et ita potest non elicere, cessante priore rationis dictamine; contra: Illud imperium prærequirit dictamen rationis. Aut ergo conformat se necessario illi, quo dicitur intellectus esse imperandum intellectui etc.; et ita non erit liber imperando intellectui et ita nec liber ad advertendum eum. Si contingenter: Ergo potest imperium non elicere, mediate vel immediate. Si secundum, habetur propositum, quia contra dictamen rationis de imperando. Si mediante alio imperio, de illo iterum quaero ut prius, et erit processus in infinitum.

15 Pures alias rationes adducit *Occam* Quodlibeto IV q. 6 et in III q. 12, item *Scotus* distinctione præsentii.

Est tamen aliqua prudentia, quæ haberi non potest sine actu virtuoso voluntatis actualiter inexistens vel quæ aliquando infuit, ut est notitia evidens particularis, quæ haberi non potest nisi per experientiam actus propriæ voluntatis, sicut illa: Diligens Deum super omnia delectabiliter contemnit quæ sunt legi divinæ contraria. Hanc scire non potest nisi per propriam experientiam et ita per actus

23	prohibitum] pro habitu TB	39	ergo om. G
24	quid ... prohibitum] de lege di-	41	liber (1 et 2)] libere TBL ad
	vina prohibita G (<i>verbum ubi-</i>		advertendum] advertendum TBL.
	<i>num add. in marg.</i>)		eum] add. G <i>supra lineam</i> : in-
31	nota] non TBL est (1)] add. L:	42	contingenter] contingit TBL
	cognita	43	tellectum
33	recta om. G	45	in ... item om. G
34	habetur] habet G	48	quæ] qui G
36	suum om. G	50	divinæ om. G

29/30 *Le 12.47s.*
36/44 *Cf. Occ., Sent. III q. 12 a. 3 art. 4*
concl. 2 QQ; *Quodl. IV q. 6 a. 3*
art. 4 concl. 2.
45 *Cf. Occ. ib. concl. 2 OO-QQ.*

46 *Cf. Scot. III d. 38 n. 12-14 (VII/2,*
800s. 808).
47/54 *Cf. Occ., Sent. ib. concl. 4 SS;*
Quodl. ib. concl. 4.

diligendi Deum, quos ipse elicit, et per eos contraria legi divinæ delectabiliter contempnit. Hi autem actus diligendi Deum et contemnendi contraria legi sunt virtuosus Verum, ut dictum est, notitia illa prudentiæ non requirit actum virtuosum actu inesse, et sufficit quod aliquando infuit et eius memoria intellectui inast.

[*Part 3 articuli 2]*

[*Conclusio*]
Quantum ad tertiam partem articuli secundi de connexionione virtutum theologi- calium inter se est hæc conclusio unica: Virtutes theologice non sunt formaliter adinvicem connexæ.

Probatur tam in patria quam in via: Nam in patria caritas sola manet, et nec fides ibi erit neque spes, ut ostensum est supra dist. 31. Sic in via manent spes et fides in peccatore sine caritate. Possunt enim tam fides quam spes esse informes; ergo sine caritate.

Et conclusio hæc habet veritatem tam de infusis quam acquisitis.

Et hoc in esse harum virtutum, non autem in fieri. Nam licet Deus eas, cum sint separabiles in esse, etiam separatum infundere possit de potentia absoluta, tamen in fieri virtutes theologice infusæ secundum potentiam ordinatam sunt connexæ ex liberali divina voluntate, quia Deus totum hominem perficit secundum *Aggr- ssum* in De vera et falsa pœnitentia: Impium est a Deo admittam sperare veniam, »ita quod, sicut corporaliter nullum sanavit nisi perfecte, ita etiam spiritaliter non sanat hominem, nisi perfecte sanet eum. Perfecta autem sanitas est, si quan- tum ad intellectum habeat fidem et quantum ad voluntatem spem et caritatem.«

»Si quaeritur, an fides et spes sine caritate sint virtutes proprie, respondetur sicut de aliis virtutibus moralibus, quod sunt virtutes veræ, sed non perfectæ. Sunt enim virtutes tertii gradus et non quarti; et solæ virtutes quarti gradus sunt perfectæ, ut dictum est. Verum de fide, quæ non est virtus appetitus, sed virtus intellectus, non est virtus nisi per subordinationem eius ad virtutem appetitus, hoc est in quantum imperatur a voluntate secundum dictamen rectæ rationis. Possunt tamen dici in specie sua perfectæ, in quantum scilicet sunt principia propriorum actuum respectu propriorum obiectorum. Sed non sunt simpliciter perfectæ, quia perfectionem ultimam, quam habent in attingendo finem ultimum, ad quem ordinantur ex caritate, non possunt habere sine ipsa. Est etiam perfectio

54	illa] illius G	9	Et hoc om. G
55	acta om. G et (1)] sed G	19	solæ] soli G
P 2	formaliter om. G		

54 *V. supra lin. 12-32.*
55 *Cf. Scot. III d. 38 n. 30 (VII/2,*
849).
P 2/6 *Cf. Scot. III d. 31 E 1-21.*
4/5 *Cf. Biel III d. 31 E 1-21.*
9/12 *Cf. Scot. ib. (VII/2, 849s).*
13 *Cf. Ps.-Aug., De vera et falsa*
pœnitentia, c. 9 n. 24 (MPL 40,
1121); non apud Scot.

14/16 *Scot. ib. (VII/2, 850).*
17/18 *Cf. Scot. ib. n. 31 (VII/2, 850).*
19 *V. supra A 26s. 25-34.*
19/20 *V. supra A 30.*
23/29 *Cf. Scot. ib.*

meritoria, quae nullius virtutis actui convenit sine caritate. Nullum enim actum cuiuscumque virtutis Deus acceptat ad vitam aeternam sine caritate, sive solae, ut *Augustinus* ait, dividit inter filios regni et perditionis.

[*Pars 4 articuli 2]*

[*Conclusio unica*]

Quoad quartam partem huius articuli de connectione virtutum moralium cum theologis ponitur haec conclusio unica: Non est necessaria connectio virtutum moralium cum theologis nec theologalium cum moralibus.

Prima pars patet, quia virtutes morales possunt esse in gentilibus philosophis, in quibus non sunt theologicae, nec fides nec spes, multo minus caritas. Antecedens patet ex dictis.

Secunda pars patet de moralibus acquisitis, de quibus principaliter intelligitur conclusio, quia parvulo baptizato infunduntur virtutes theologicae, in quo nondum potest esse aliqua virtus acquisita, cum nondum possit habere actus virtuosos.

Præterea: Etiam virtutes theologicae quantum ad actus suos non sunt necessario connectae actibus virtutum moralium. Nam actus possunt elici circa finem tanquam obiectum absque hoc, quod elicantur circa media. Virtutes autem morales sunt circa media tanquam circa obiecta.

Virtutes morales quarti gradus sunt connectae caritati, quia sola caritas est, quae omnium virtutum actus ordinat et inclinat ad ultimum finem. Virtutes autem morales quarti gradus, quae inclinant ad eligendum actus suos propter Deum super omnia dilectum, habent annexam caritatem, sicut habent annexam dilectionem Dei super omnia. Ille autem actus sine caritate esse non potest, ut alias dictum est.

[*Corollarium 1*]

Corollarium: Licet sine caritate haberi possit vera virtus moralis, non tamen perfecta; quia sola virtus quarti gradus est perfecta, quia illa sola ordinat ad finem, in quo est summa nostra perfectio. Et licet heroica est perfectissima in suo gradu seu genere, et hoc perfectione intensiva, non tamen quaelibet perfecta est perfectione finis ultimi, nisi includat quartum gradum. Unde apud gentiles esse potuit virtus heroica, quae tamen non fuit simpliciter perfecta.

[*Corollarium 2*]

Corollarium: Licet virtutes tertii et quinti gradus non sunt connectae theologalibus, non tamen comparantur secum contrarium theologiarum virtutum.

Q 12	morales] <i>add.</i> G: quattuor	18	esse] deesse TBL
17	habent (?) <i>om.</i> G	24	et hoc <i>om.</i> G
28/29	CF. Aug., De Trin. XV c.18 n.32 (CChr. 50 A, 507,1-3; MPL 42, 1082); <i>cf.</i> apud Scot., qui quidem nomen Augustini non commemorat.	art.2 concl.1 CC; concl.8 HH; Quodl. IV q.6 a.3 art.2 concl.2.6	
Q 2/3	CF. Scot. III d.36 n.29 (VII/2, 848); Occ., Sent. III q.12 a.3	4/5 CF. Occ. ib. concl.1 CC. 5/6 V. supra K 18-20. 14/17 CF. Occ. ib. concl.4 FF. 18/19 CF. Biel III d.27 M 8-31.	

Prima pars patet.

Secunda probatur: Quia nulla vera virtus comparatur secum contrarium cuiuscumque virtutis quantum ad actum, quia non comparatur secum aliquod contrarium dictamini rectae rationis; sed omne contrarium virtutis verae est contrarium rectae rationi quantum ad actum; igitur.

Secus autem est de virtutibus primorum duorum graduum, quae quia non sunt verae virtutes, comparantur secum contraria virtutum.

[*Pars 5 articuli 2]*

[*Conclusio 1*]

Quantum ad ultimam partem illius articuli de connectione virtutum moralium cum virtutibus potentiarum inferiorum ut partis sensitivae et executivae est conclusio prima: Nulla virtus moralis voluntatis requirit habitum consiliiem potentiae inferioris.

Probatur: Quia quantumcumque in potentia inferiore actus virtuosus per imperium voluntatis virtute informatae frequentatur, potest tamen generatio habitus ex huiusmodi actibus impediri per aliam qualitatem corporalem aut complexionem naturalem ad oppositum fortius inclinantem, quo imperio voluntatis potentia inferior non delectabiliter, sed difficulter cum quadam remissione vel dolore obtemperat. Et ita habitus non generatur, quia signum habitus ingenti est delectatio in opere. II Ethicorum. Exemplum est de beato Paulo, qui passus fuit stimulum carnis, licet temperatissimus fuerit et castissimus. Cum cuius stimuli vehementia non stetit habitus partis sensitivae ad oppositum inclinars.

[*Conclusio 2*]

Secunda conclusio: Nullus habitus in potentia inferiore medianibus suis actibus ad virtuosum voluntatis imperium generis coexistit virtutem intellectivi appetitus. Patet, quia omnis habitus virtuosus alterius potentiae a voluntate est virtuosus solum denominatione extrinseca; igitur potest manere quantum ad eius substantiam, mutata intentione voluntatis, et per consequens virtute voluntatis. Gratia exempli: Habitus temperantiae in sensu inclinars ad refectionem sobriam potest manere, etiam si voluntas actus abstinentiae vitiose et intentione mala imperaret. Quo casu manet idem habitus in sensu, qui tamen per imperium voluntatis ex actibus virtuosis partis sensitivae fuerat generatus, ut relectio imperata propter Deum et deum continuata propter vanam gloriam.

R 4	potentiae] prudentiae GTBL	16	voluntatis imperium] voluntatem imperii G
6	informatae] informata L	17	est] <i>add.</i> G: accidentaliter
7	aliam] aliquam BL	18	solum] seu G
9	remissionis] revisione G	23/24	ut ... gloriam <i>om.</i> G
31/33	CF. Occ. ib. concl.3 EE.	10/11	Arist., Eth. Nicom. II c.2 (c.3) (1104b 3-5).
35/36	CF. Occ. ib. concl.2 DD.	11/12	CF. Occ. ib. Cf. 2Cor 12/7.
R 3/7	CF. Occ., Sent. III q.12 a.3 art.3 concl.1 LL; Quodl. IV q.6 a.3 art.1.	17/18	CF. Biel III d.23 q.1 L 4-15.

25 [Conclusio 3]

Tertia conclusio: Habitus partis inferioris, ut sit virtus denominatione extrinseca, coexistit habitum in voluntate, qui sit virtus intrinsece et denominatione intrinseca. Patet conclusio, quia omnis habitus virtuosus extrinsece potest idem manens fieri virtuosus vel indifferens per solam mutationem virtutis in voluntate; nec est virtuosus nisi quatenus imperatur a virtute in voluntate existente, ut declaratum est supra dist. 23 q. 1; ergo conclusio vera.

[Articulus 3]

[Dubium 1]

S Quantum ad tertium articulum est primum dubium contra corollarium elictum ex concl. 2 et 3. Vide hic *Occam* in parte I Dialogi libro VI cap. 77 et deinceps.

Nam quaedam virtutes sunt contrariae et sibi repugnant, sicut castitas coniugalis et castitas virginialis, item paupertas evangelica et liberalitas sive magnificentia. Nam non habens proprium non potest habere virtutem liberalitatis et minus magnificentiae. Similiter humilitas et magnanimitas repugnant, quia magnanimus dignificat se maximis, humilis etiam mediocres fugit honores. Nunc ergo qui habet unum contrarium, non habet secundum praeparationem cordis reliquum. Sicut enim contraria sibi repugnant, ita etiam habent praeparationes ac dispositiones contrarias et repugnantes.

Similiter secundum: Quaedam vitia sunt contraria, sicut generaliter omnia vitia extrema, inter quae mediat virtus, ut avaritia et prodigalitas, castriamargia et insensibilitas, et sic de aliis. Sic saepe vitia quaedam sunt adinvicem omnino disparata, sicut intemperantia cibi et potus et superbia aut magnanimitas; sed habens unum vitium disparatum non habet aliud secundum cordis praeparationem.

Practerea tertio: Videmus quosdam uno crimine irretitos, qui tamen valia crimina in se et in aliis detestantur, in tantum quod potius se morti exponerent quam talia committerent. Sicut quidam irretiti crimine fornicationis potius mortem eligerent quam quod patriam et parentes traderent aut turpiter in bello fugerent vel fidem homini frangerent. Talis ergo habens unum crimen nullatenus habet omne aliud secundum cordis praeparationem. Non enim videtur habere illud crimen secundum cordis praeparationem, pro quo vitando mortem subiret.

Ad illa respondetur per ordinem.

Primo, utrum aliquae virtutes sint sibi contrariae. Ad quod dicitur »quod nulla

27	intrinsic] essentialiter G	11	secundo om. G
31	q. 1 om. G	15	disparatum] desperatorum GT
S 2	Vitia ... deinceps om. G	16	tertio om. G
6	et magnanimitas om. G	17	in (2) om. G potius] ante G
8	non] nunc G		

28/31 Cf. Biel III d. 23 q. 1 K 10-12; L

4-15; N 13-30; O.

S 1/2 V. supra L.

7/8 Cf. Occ., Dial. p. I lib. 6 c. 78 (fol. 91rb).

14/15 Cf. Occ. ib.

16/18, 21/22 Cf. Occ. ib.

24 V. supra lin. 3ss.

24/37 Cf. Occ., Sent. III q. 11 dub. 4 Z.

virtus moralis repugnat alteri. Sed, ut dictum est, quaevisbet »est principium et causa efficiens» partialis »respectu alterius».

Et ad illud de virginitate et castitate coniugali dicitur quod »actus virginitatis est abstinere» a concubitu »propter Deum; hoc est illo modo, quo Deus vult» talem »abstinere. Et actus castitatis coniugalis est velle» uti actu matrimoniali »eo modo, quo Deus vult» talem uti actu matrimoniali. Et illi actus non repugnant. Nam sic habens »voluntatem abstinendi» a concubitu »eo modo, quo Deus vult» cum »abstinere, et constet ei »per revelationem» vel Scripturam, quod Deus velit eum contrahere et actu coniugali operam dare, tunc velle contrahere propter Deum et actu coniugali operam dare propter Deum in tali generat castitatem coniugalem, manente nihilominus castitate virginali, quia semper manet velle abstinere ab omni concubitu, si ita Deo placeret. Ubi ergo actus non contrariatur actu, multominus habitus. — Suo modo dicitur de paupertate et liberalitate et aliis.

Et si dicitur »quod ad virginitatem requiruntur abstinentia de facto ab omni actu carnali, actus tamen carnalis stat cum castitate coniugali (licet non requiratur, ut patet de coniugio Mariae et Ioseph); non autem stant simul castitas virginialis et actus coniugalis; illa enim coexistit carnis integritatem, iste integritatem non compatitur. Respondetur quod »ad virginitatem requiruntur abstinentia» seu velle abstinere ab omni actu carnis eo modo, quo Deus vult, quia eo modo, quo recta ratio dicitur, quae non aliter dicitur quam eo modo, quo Deus vult. Et hoc stat simul cum actu coniugali, si hunc praecipiet Deus, ut dictum est. — Et cum additur quod virginitas coexistit carnis integritatem, dicendum quod castitas virginialis, quatenus est virtus perfecta, non consistit in carne, sed in mente. Unde si aliqua nesciens vel invita aut in furia violaretur, nullo accedente consensu, dum ratione uteretur, non amitteretur virtus castitatis. Unde beata Lucia ad Paschasium tyrannum: »Si me invivam violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam.» Sicut etiam e converso volens abstinere ab actu carnali contra dictamen rationis, licet habeat integritatem carnis, non tamen habet virtutem castitatis.

Ad secundum, quod vitia sint contraria: Hoc concecit *Occam* parte I libro VI T cap. 78 in Dialogo.

Sed hoc non obstante, qui habet unum vitium, etiam secundum praeparationem cordis habet vitium sibi contrarium. Nam sicut in naturalibus quaedam sunt causae

29/30	eo ... matrimoniali om. G (notiofel.)	38	actui add. G in marg.; om. TBL
30	sic] si G	40	stant] stat G
31	eo om. G	7 1/2	quod virginitas om. G
33	actui (1)] actu G		concedit ... Dialogo] conceditur
33/34	et (2) ... Deum om. G (homiofel.)		

25/26 V. supra H.

38/43 Cf. Occ. ib.

45 V. supra lin. 3ss.

45/46 V. supra lin. 41.

49/50 Iacobus de Voragine, Legenda

T 1/4

aurae, c. 4 (ed. Th. Graesse, 1890, ristamp. 1965, 31).

Cf. Occ., Dial. p. I lib. 6 c. 78 (fol. 91va).

4/23 Cf. Occ. ib. (fol. 91rb/va).

5 universales, ex quibus diversis, immo contrarii effectus causantur⁴⁹ (vel propter diversitatem passivorum: sicut sol indurat lutum et liquefacit ceram; vel propter diversitatem causarum «particularium» concurrentium: sic eadem influenza caelestis cum igne producit calorem et cum terra frigiditatem, et sol cum asino asinum, cum leone leonem), ita etiam «in moralibus sunt quaedam dispositiones», quae ad plurimos actus virtutum vel vitiorum etiam contrarios naturaliter inclinant. «Quemadmodum caritas inclinat ad omnes actus virtutum et ira ad contumelias, rixas, detractiones, homicidiae etc. Et ita, licet «quaedam vitia sint contraria et ideo actus eorum simul esse non possunt, tamen habens unum vitium habet unam dispositionem malam inclinantem ad actum vitii contrarii, nisi impediatur et deficiat aliquid ad actum vitii contrarii requisitum. Verbi gratia: Prodigalitas et tenacitas sunt vitia contraria, et tamen tenax potest habere prodigalitatem secundum cordis praeparationem, quia in tenace est desiderium acquirendi; ideo si tenax considerat «quod per actum prodigalitatis potest multa acquirere, ex desiderio acquirendi exhibet in actum prodigalitatis.

20 Sicut etiam videmus, quod vitia et virtutes contrariantur, et tamen saepe vitiosus habet actum virtutis secundum praeparationem cordis. Saepe enim mendax, ut sibi credatur, loquitur veritatem, et ambitiosus, ut magnos honores consequatur, parros honores spernit et respicit. « Quod verum est de actibus virtutum exterioribus, qui tamen, dum procedunt ex inclinatione vitii, non sunt virtuosus.

25 Et si quaeris, an habens unam virtutem habeat etiam actum cuiuslibet vitii secundum praeparationem cordis: Respondetur quod non. Quia virtus non inclinatur nisi ad actum, qui potest bene et virtuose fieri; sunt autem multi actus vitiorum exteriorum, qui bene fieri non possunt, ut mentiri, peiorare, adulterari, quae «mox nominata, convoluta sunt malitia, ut dicit *Philosophus*; et ad illos non inclinatur virtus secundum praeparationem cordis. — «Nullus autem est actus exterior virtutum exteriorum, sed non interiores secundum praeparationem cordis. Unde de hypocritis dicitur Mt. 6: «Exterminant facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Et de ambitiosis dicit *Isaia* III: «Humilitatem simulat et honestatem mentitur. Affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit.»

35 Ex quo patet quod vitiosus potest habere actus exteriores virtutum secundum praeparationem cordis, qui tamen, dum ex inclinatione vitii procedunt, non sunt

11	ira (Occ.) ita TBL	34	dicitur] dicit Dominus G 6 om.
28	mentiri] mentire T peiorare] peiorare TB		G <i>spatio</i> <i>religio</i>
29	Philosophus] <i>add.</i> G <i>in marg.</i> : II Ethicorum		

25/36	Cf. Occ. ib. (fol. 91va).	35/36	Innoc. III., De contemptu mundi II c. 26 (MPL 217, 727 A); cit.
29	Cf. Arist., Eth. Nicom. II c. 6 (1107a 9s); apud Occ. ib. non citatur; sed cf. supra C 32s.		apud Occ. ib.
34/35	Mt. 6, 16; cit. apud Occ. ib.	37/40	Cf. Occ. ib. (fol. 91va).

40 virtuosus. «Sed virtuosus actus vitiorum plurimos habere non potest secundum cordis praeparationem, quia ille virtuosus nunquam fieri possunt.

Ex quo sequitur quod, etsi ex actibus exterioribus quis vitiosus iudicari possit, reputa adulter, fur, mendax, sed ex nullis actibus exterioribus potest quis certe iudicari virtuosus.

45 Quod ergo in ratione dicitur quod contrariorum contrariae sunt dispositiones, universaliter non est verum. Nam eadem dispositio potest esse contrariorum, licet non totalis et sufficiens.

Ad tertium dicitur quod ratio illa arguit pro dictis, scilicet quod criminiosus secundum praeparationem cordis potest habere actus exteriores virtutum. Verum, quod illi in habente vitium cum actu vitioso nunquam sunt actus virtuosus. Neque fornicarius, qui magis vult sustinere mortem quam petram prodere aut turpiter fugere, non hoc vult amore virtutis quia sic ratio recta dicitur, sed vel amore naturali aut timore poenae aut causa vitandi scandali apud homines aut alia simili passione vincente actus illos vitat, non amore virtutis, hoc est: non quia actus illi sunt virtuosus. Si enim sic, tunc amaret omnes actus virtuosos et odiret vitiosos, et per consequens non amaret fornicationem nec odiret castitatem. Unde hoc verum est quod ille non habet vitium secundum praeparationem cordis, pro quo virtuose vitando magis mortem eligeret. Secus si pro eo vitando non-virtuose, sed vel vitiose vel ex alia causa non virtuose. Sicut multi vitiosi ab actibus vitiorum, quibus trepidi sunt, se retrahunt, quia habent dispositiones malas aut non-virtuosas ad contrarium inclinantes, ut puta quia timeant inhonorationem, confusionem aut omnium rerum temporalium confiscationem vel aliquid tale; quod antequam incurant, mortem suscipiunt. Sic luxuriosus oculus, mendax, hypocrita, superbia, atquequam deprehendi vellent in actibus suorum vitiorum, morti se exponerent. Et habens vitium aliquod habet actum eius secundum praeparationem cordis, quantum tamen non exequatur propter passionem timoris verecundiae vel aliquid vitium, quod dominatur illi vitio, cuius actum non exsequitur; quo cessante, paratus esset eum exsequi.

[Dubium 2]

Secundo dubitatur contra coroll. 3 et 4 partis 1 art. 2. Nam virtus non repugnat nisi vitio sibi contrario; stat autem cum alio vitio alii virtuti opposito; ergo illa corollaria falsa.

Antecedens probatur: Quia caritas tam infusa, quam acquisita stant cum habitu fornicationis aut peccatis seu prodigalitatibus. Nam si luxuriosus, tenax aut prodigus convertatur ad penitentiam, et infundatur sibi caritas, per quam peccata remittuntur, non statim corrumpuntur omnes habitus vitiosi; quia conversus talis post conversionem adhuc sentit se inclinatum ad actus priorum vitiorum plus quam ad alios actus inordinatos. Quae inclinatio non est nisi per habitus derelictos.

41	exterioribus om. G	T 9	inordinatos] inordinatus T
56	virtuose] virtuoso L		
44	V. supra S 8-10.	T 1	V. supra M 14-60.
47/66	Cf. Occ. ib. (fol. 91vb - 92ra).		

10 Respondetur concedendo quod habitus unus virtutis non opponitur nec repugnat habitui vitioso alteri virtuti opposito, immo nec actu talis viti, sed neo actu viti sibi oppositi. Nam habitus castitatis stat cum actu luxuriae. Potest enim habens habitum castitatis per libertatem voluntatis velle luxuriae, et eiam actum perficere. Sicut luxuriosus conversus, manente habitu luxuriae, potest velle continent. Habitus enim etsi inclinant voluntatem ad actus proprios, non tamen necessitant. Ideo eis manentibus, potest voluntas actus oppositos elicere. Non ergo contrariatur habitus actu, eiam habitus oppositi, excepta caritate infusa, quae contrariatur omni actu culpabili.

Et ideo corollaria illa non sunt intelligenda de solo habitu virtutis, sed de actu virtuoso et vitioso. Qui actus virtutis 'virtutis' usi loquentium dicitur. Est enim virtus duplex, scilicet actualis et habitualis; sic et vitium. Aut intelliguntur de habitu habente actum coniunctum. Nam probationes procedunt de actibus. Ideo in coroll. 3 dicitur copulatum et determini recto prudentiae illius virtutis oppositae vitio⁴, quia stante habitu et actuali actu prudentiae, sequitur actus secundum inclinationem habitus, qui formaliter contrariatur actu viti oppositi, et per consequens non stat cum vicio actuali. Sic in coroll. 4 additur vultuabilis; quod referendum est ad vitium et errorem. Vitium autem habitus sine actu non est culpabile, licet habeat generationis principium culpabile, scilicet actus vitiosos. Habitibus enim neque laudamur neque vituperamur meritorie, sed actibus. Non ergo vera sunt illa corollaria de habitu ab actibus separato, sed breviter intelligenda sunt de virtute actuali, hoc est de actu virtutis sive de habitu coniuncto actu.

[Debitum 3]

X Tertio dubitatur contra concl. 3 partis 2 art. 2, ubi dictum est prudentiam non connecti virtutibus moralibus.

Nam *Philosophus* VI Ethicorum cap. 10 dicit: »Impossibile est prudentem esse non entem bonum.«

Cuius rationem praemisit: »Pervertit enim malitia et mentiri facit circa principia practica.«

Et III Ethicorum cap. 3: »Ignorari quidem igitur omnis malus, quae oportet operari et a quibus fingere oportet.«

Et ita si malitia exerceat intellectum, sequitur quod prudentia non potest stare cum malitia. Ergo necessario coexistit bonitatem, quae non erit nisi per virtutem moralem.

16	potest voluntas] possunt G	22	actibus] add. G infra lineas: non de habitibus
20	actus habitus in G supra verbum Qui	X 7	quidem] quidem T
21	duplex scilicet om. G	10	malitia om. G
23	V. supra M 14s.	7/8	Arist. ib. III c.2 (c.1) (1110b 28s).
26	V. supra M 44.		
X 1/2	V. supra O 1.		
3/6	Arist. Eth. Nicom. VI c.13 (c. 12) (1144a 34 - 1144b 1).		

Ad illud respondetur quod 'prudentia' quandoque accipitur strictissime pro ratione recta agibilium, cui se conformat appetitus. Quo modo dicit *Philosophus* VI Ethicorum, quod est recta ratio agibilium confesse se habens appetitui recto⁴.

»Appetitus autem non est rectus sine virtute morali.«
 Alio modo accipitur communis pro ratione recta agibilium (hoc est pro notitia habituali vel actuali practica de agibilibus) vere et recte dicente, non curando, an voluntas eligendo consentiat vel non.

Primo modo 'prudentia' dicitur, scilicet virtutem intellectualem et assistentem moralem; et sic non est dubium, quin prudentia coexistit virtutem moralem. Nec de illo est aliqua disputatio, quia sic non est aliud quaerere, an prudentia sit connexa virtuti morali, quam quaerere, an prudentia habens coniunctam virtutem moralem sit connexa virtuti morali; quod nihil est quaerere, cum sit per se notum.

Sed de prudentia secundo modo est quaestio, scilicet utrum intellectus possit recte dicere de agendis, dum nulla sit virtus in voluntate. Et secundum hanc acceptionem prudentiae responsum est affirmative, quod simpliciter rectum dictamen potest stare in intellectu absque recta electione illius dictati in voluntate.

Et secundum hanc acceptionem prudentiae respondendo ad auctoritates dicendum secundum *Scotum* distinctione praesenti, quod malitia exerceat intellectum secundum auctoritates allegatas dupliciter: uno modo privative, alio modo positive.

»Privative, quia avertit a consideratione recta. Voluntas enim eligens oppositum alicuius dictatae a recta ratione non permittit intellectum diu stare in illo dictamine recto, sed avertit ipsum ad considerandum rationes pro opposito, si quae possint esse rationes »sophisticone aut probabiles« ad illud. Aut scilicet avertit intellectum a suo vero dictamine »ad considerandum aliquod impertinens, ne stet ille actualis dispendentia« ac remorsus, qui habetur eligendo oppositum dictatae.

»Positive autem exerceat: Nam sicut voluntas recte eligens finem praecipit intellectui considerare illa, quae sunt necessaria ad illum finem, et intellectus sic inquirendo media ordinata ad illum finem generat in se habitum prudentiae, ita voluntas eligens seu praestituens sibi malum finem (potest enim sibi praestituere malum finem, ut inordinatam delectationem) imperat intellectui considerare media necessaria ad consequendum illum finem.« »Et sicut habitus generatus rex imperio voluntatis bene eligentis in intellectu dictante circa medium ad illum finem bene electum« assequendum est prudentia, ita voluntate mala eligente, habitus acquisitus ex intellectu dictamine circa ea, quae ordinantur ad illud male electum,

24	possit] posset TBI	35/36	intellectum ... dictamine om. G
33	a recta ratione om. G	(Scot.)	
34	rationes G (Scot.)] rationem TBI	38/39	intellectui I. (Scot.)] intellectum GTB
14	Cf. Arist. ib. VI c.5 (1140b 20s); cit. apud Scot. III d.36 n.15 (VII/2, 810).	26/31	Cf. Scot. III d.36 n.14 (VII/2? 806).
15	Scot. ib.	32/55	Scot. ib.

est error et habitus directe oppositus habitui prudentiae et potest vocari imprudentia vel stultitia, non tantum private, sed positive et contrarie. Quia, sicut prudens habet habitum, quo recte et prompte dicat media ordinata ad finem debitum, ita ille »habet habitum, quo prompte inveniat media necessaria ad finem debitum, tamen mala praestitutum. Et quia talis habitus generatur ex imperio voluntatis male aligentis, pro tanto verum est, quod voluntas mala exerceat intellectum, non quidem faciendo errare circa aliqua complexa, sed faciendo intellectum habere actum considerandi obiecta »media ad malum finem. Et habitus ille error est in agilibus, licet non sit error deceptivus quantum ad speculationem. » Haec Scotus. Hoc est: Error ille non est error in cognitione veri, quia illa media inventa ad finem virtuosum praestitutum ad eum consequendum vera sunt media. Est autem error in moribus, quia, cum finis praestitutus malus sit et malitia dicitur error in moribus, quae ad hunc finem ordinantur, mala sunt et sic erronea in moribus.

Et ita ad primam auctoritatem dicitur quod *Philosophus* loquitur de prudentia strictissime sumpta.

Et ad secundam patet, quomodo malitia pervertit intellectum circa principia practica private, averteudo ab eorum consideratione. Non quod malitia facit dissentire principis practici, sed facit ea non considerare et facit mentiri, id est alia media considerare, quibus deviat et erratur ab attingendo finem virtutis, licet eis non devietur ad malum finem praestitutum consequendum.

Ad tertiam auctoritatem III Ethicorum dicitur quod non est contra conclusionem. Quia etsi malus est ignorans, non considerando vera bona finis aut mediorum, sed apparentia amplectendo pro veris, non tamen sequitur quod omnis bene iudicans de agendis et ita prudens sit non-malus sive bonus.

[*Dubium 41*]

Quarto dubitatur: Utrum omnes virtutes in eodem homine sint aequales iuxta concl. 2 Textus.

Pro responsione notandum quod dubium intelligi potest vel de virtutibus theologicalibus et moralibus infusis aut de acquisitis.

Secundo notandum quod haec aequalitas intelligi potest vel quantum ad dignitatem et perfectionem essentialem virtutum, quae arguitur ex dignitate obiecti et conjunctione potentiae cum obiecto; secundo modo quantum ad extensionem, ut quia una circa plura obiecta dirigit quam alia.

His duobus modis dubium non est, quin virtutes tam infusae quam acquisitae non sint aequales. Nam primo modo theologicae perfectiores sunt moralibus; et inter theologicas perfectior est caritas, quae intimius unit obiecto beatico quam spes

48	tantum] tamen I.	64	ea om. G
53	quidem] quidam T	67	auctoritatem] add. G: de
57	virtuosum om. G		

60	V. supra lin. 3s.	Y 2	V. supra summ. Textus, lin. 6s.
62/63	V. supra lin. 5s.	5/7	Cf. Thom. III d. 36 a. 4 resp. (n.
67	V. supra lin. 7s.	56).	

aut fides; et inter morales iustitia dicitur perfectior secundum *Philosophum* V Ethicorum. Secundo modo prudentia excedit alias, quia dirigit circa omnium virtutum obiecta; similiter et fides.

Tertio modo potest attendi aequalitas penes intensionem habituum.

Et quantum ad hunc modum, loquendo de acquisitis, non sunt aequales; quoniam, cum habitus sicut ex actibus generatur, ita ex eisdem intenduntur et augentur; non autem aequaliter eliciuntur actus circa singula obiecta virtutum; sequitur quod habitus non sint aequales, immo, ut dictum est, non sunt sic connexae formaliter. Unde potest haberi una virtus intensa et nullus gradus alterius virtutis. — Verum quantum ad connexionem principiativam potest poni aequalitas, eo quod eadem sunt principia generativa ut causae partiales omnium virtutum; ideo quantum ad hoc est aequalitas. Non autem quantum ad connexionem inclinativam, quia ille habitus magis et fortius inclinatur, qui est intensior.

Sed de infusis theologice, quia simul infunduntur, dicitur secundum sanctos et doctores, quod sunt aequales quantum ad gradum intensionis, quia, cum ex divina liberalitate infunduntur, nulla potest assignari causa, cur non eisdem gradus infundantur, quaelibet tamen in sua specie. Non ex parte Dei, qui liberalissimus est et secundum dispositionem subiecti recipientis dona sua parit. Nec ex parte meriti, quia, dum praecedit meritum, sive de condigno, ut in augmentatione, sive de congruo, ut in impii iustificatione, unum est meritum respectu omnium virtutum. Nam uno actu merito sicut augmentatur caritas, ita eodem spes et fides. Non enim meretur actus augmentum habitus infusi nisi pro quanto procedit a caritate. Nec actus ut est alterius virtutis praecise, est meritorius. — Et simile est de virtutibus moralibus infusis, si ponantur. Quia sentit *Scotus* circa finem huius distinctionis, quod non sunt necessariae, neque in via neque in patria. Et si propter perfectionem comprehendentis ponantur in beatitudine, possunt infundi in illo instanti beatificationis aut possunt acquiri per actus eorum.

Et secundum hoc intelligenda est aequalitas virtutum, quam ponunt sancti, sicut eorum connexio. Unde eo modo sunt aequales, quo connexae.

Per haec dicta solvuntur omnes auctoritates sanctorum, quae de connexionem loquuntur, quod sunt quidem connexae, sed illis modis, qui in conclusionibus positae exprimuntur.

Et tantum de illa quaestione.

15	aequalitas] aequalis TIB	30	augmentatione] add. G: in <i>merg</i> ;
19	sic om. G	41	gratie
23	hoc] haec G; add. <i>supra hoc verbum</i> ; principia	42	quae om. G
27	non om. TBI	47	quidem] quidam T; quaedam
28	tamen om. G	47	BL

12	Cf. Arist., Eth. Nicom. V c. 3	23	V. supra I.
	(c. 1) (1120b 25-31).	35/38	Cf. Scot. III d. 36 n. 28 (VII/2,
	19/20 V. supra G.	836).	
21	V. supra H.	42/43	V. supra G-R.

(Summarium Textus)

Postquam in praecedentibus 14 distinctionibus, a vicesima tertia usque ad praesentem scilicet, determinavit *Magister* de perfectionibus (capitis Christi et membrorum) habitabilibus, virtutibus scilicet et donis, in sequentibus 4 distinctionibus finalibus agit de perfectionibus, quae sunt actus, et de praeceptis.

5 Et circa hoc duo facit. Primo agit de praeceptis respicientibus executionem operis, secundo, dist. 40, de ultimis duobus, quae respiciunt concupiscentiam cordis. Circa primum adhuc duo facit. Primo de octo primis praeceptis decalogi agit generaliter, secundo quasdam difficultates prosequitur concernentes certa praecepta specialiter, dist. 38.

10 Sententia huius distinctionis in sequentibus tribus conclusionibus continetur.

Prima conclusio: Decalogus decem habet praecepta, quorum prima tria ad Deum pertinentia in prima tabula, reliqua septem dilectionem proximi concernentia in altera sunt descripta.

15 Secunda: Praeceptorum primae tabulae, quae ad verum Dei cultum (literaliter et tropice intellecta) plene dirigunt et perfecte, primum *ad Patrem*, in quo est unitas et auctoritas, secundum *ad Filium*, in quo est aequalitas, tertium *ad Spiritum Sanctum* pertinet, *in quo est communitas* utriusque.

20 Tertia conclusio: In primo praecepto secundae tabulae parentum honor et pro-visio necessaria praecipitur, homicidium corporale et spirituale in secundo, moechia et omnis genitalium membrorum abusus in tertio, furtum et rapina, sacrilegium et usura in quarto, in quinto sub falso testimonio *verbum mendacii* ac perturbi prohibetur.

Quarum latior declaratio est in Textu.

25 Quia autem distinctio haec cum sequentibus de praeceptis decalogi tractat, de quibus sufficienter tractandis volumen ingens circa restantium quattuor distinctionum materias colligendum esset, sicut *nonnulli* de his decem praeceptis non inutiliter tam diffuse quam doctrinaliter et fructuose volumina non modica conscripserunt, fastidio igitur consulens circa has distinctiones brevius procedam, quaedam generalia movendo, particulariorem inquisitionem aliis committens.

2	scilicet <i>om. G</i> <i>Magister om. G</i>	29	procedam <i>om. G</i>
12	conclusio <i>om. G</i>	30	movendo] <i>movebo G</i>
19	conclusio <i>om. G</i>		
12/14 Cf. Lomb. III d.37 c.1 n.255		27/29 Cf. e.g. Gerson, Opusculum tri-	
(MPL 192, 830s).		partium de praeceptis decalogi,	
15/18 Cf. Lomb. ib. c.2 n.258-281		de confessione et de arte mo-	
(MPL 192, 831s).		riendi (Du Pin I, 425-431/450);	
19/23 Cf. Lomb. ib. c.3 n.262-271		cf. Gior. VII, 193-206 [1 ^a le mi-	
(MPL 192, 832s).		noir de l'ame!).	

Igitur iuxta hanc distinctionem quaeritur:

QUAESTIO UNICA

A

Utrum ad praecepta decalogi legis naturae indispensabilia referantur omnia alia legis mandata

Praemissis notabilibus, responsivae conclusiones subiunguntur cum movendorum solutione dubiorum.

[*Articulus 1*]

[*Notabilis 1*]

Quantum ad primum, quia quaestio quaerit de lege et mandatis, notandum quod *lex dicitur a ligando*, id est obligando, vel a legendo, id est dictando, quid agendum sit. Et quia lex decalogi obligatoria est, ideo dimissis consultoris ac permissivis legibus (set si quae sint aliae), de obligatoria lege dicendum est, quae et praeceptum et mandatum dicitur, extendendo praeceptum ad prohibitionem.

(Descriptio legis obligatoriae in genere)
Et haec sit descriptio potest (vide hic Gerson lect. 2 De vita spirituali animae et in B De potestate ecclesiastica consideratione ultima): Lex obligatoria est signum verum creaturae rationali notificativum rectae rationis dictantis ligari eam ad aliquid agendum vel non agendum.

Dicitur signum notificativum, quia *nulla lex obligat liberum arbitrium*, si notificata non fuerit; alioquin naturaliter facti et insensati, immo et bruta dicentur obligari et legem obligatoriam habere, *quous transgressio esset imputabilis ad poenam* et observatio ad praemium; quod nullus dicit.

Sed forte obiceret *de parvulis*, quos obligavit Deus ad baptismi susceptionem taliter, quod sine eo *non* in utero materno moriantur, damnabuntur, et tamen constat eos tunc ignorare, immo nec scire posse. Respondetur quod *ibi* nec lex est nec praeceptum, *quous transgressio imputetur ad novam culpam actualem*, sed est *ibi* quoddam statutum divinum, quo non observato, non redditur hereditas amissa in Adam primo parente. Unde absque libera commissione vel omissione, ad cuius oppositum rationalis creatura obligata fuerat, peccatum esse non potest. Sed adhuc quis obiceret: Nam lege humana quandoque obligantur ignorantes

B 1/2	vide ... ultima <i>om. G</i>	8	quod nullus <i>om. G</i>
A 9/11	Cf. Gerson, De potest. eccl., con- sid. 13 (Glor. VI, 243s; Du Pin II, 251 B/C).	5/6	Gerson, De potest. eccl. ib.
B 1/2	Cf. Gerson, De vita spir. animae, lect. 2 (Glor. III, 130, 135; Du Pin III, 17 G; 21 C [coroll. 5]); De potest. eccl., consid. 13 (Glor. VI, 244; Du Pin II, 252 C).	6/8	Cf. Gerson, De vita spir. animae ib. (Glor. III, 130; Du Pin III, 17 D).
5	V. supra. ib. 2s.	9/15	Cf. Gerson ib. (Glor. III, 130; Du Pin III, 18 A).
		16/21	Gerson ib. (Glor. III, 130s; Du Pin III, 18 A/B).

ea, quae iuris sunt. Respondetur quod nullus, qui potest ignorantiam invincibilem sufficienter alligare, potest transgressor legis appellari, nec quoad Deum neque quoad homines. Plerumque tamen praesumitur apud homines aliquis esse sciens, quia non potest iuridice per testes instam ignorantiae suae causam assignare. Propter quod damnatur quandoque apud homines ille, qui vere est innocens apud Deum. Est autem signum rationis notificativum triplex, scilicet mentale, vocale et scriptum. Sic et lex triplex est, scilicet lex indita, sive per inspirationem sive per naturalem dictaminis evidentiam sive per doctrinam, lex prolata, lex scripta, sive, quod idem est, lex mentalis, vocalis et litteralis.

Dicitur notanter in descriptione legis praeceptivae »verum«, »quoniam signa falsa, etsi ligare quandoque dicantur de per accidens« (quomodo ligat conscientia erronea), nihilominus de per se et proprie legis obligatoriae vim non habent.

Dicitur »rectae rationis«, quia signum rationis erroneae, ut dictum est, proprie non est obligatorium, etiam si signum esset verum. Gratia exempli: Ut signum sive propositio explicans praeceptum aliquod emanasse a superiori iustum, quantumvis signum sit verum, tamen non est obligatorium, quia non est signum rectae rationis. Mandatum enim iniustum non emanat a recta ratione.

Dicitur »dicantis seu volentis ligari creaturam rationalem etc.« ad excludendam legem consuetudinariam aut permissivam; etiam ad innuendum quod recta ratio praeceptivis una cum voluntate est ratio obligatoris inferioris, id est qua inferior obligatur. Nam »quantumcumque notificetur voluntas superioris, nisi per illam velit ligari inferiorem, non consumit obligatio«. Unde nec tenemur in omnibus nos conformare divinae voluntati, nisi dum Deus vult nos illi conformari. Hoc est: Non tenemur velle quicquid Deus vult, etiam cognitum ut tale, sed tenemur velle quicquid Deus vult nos velle. Divinae tamen voluntati cognitivae tenemur non renurmare. De quo latius in I distinctione ultima.

Lex haec praeceptiva in genere descripta multipliciter potest dividi. Sed quantum hic sufficit ponitur divisio triplex in bris. Est enim lex divina, naturalis et humana sive positiva.

(Descriptio legis obligatoriae divinae)

C Lex divina est signum verum creaturae rationali revelatum, notificativum rectae rationis divinae volentis teneri illam seu ligari ad aliquid agendum vel non agendum pro consecutione felicitatis aeternae.⁴

21	quandoque om. G	36	qua] quo BL
25	est om. G		
22/25	Cf. Gerson, De vita spir. animae ib. (Glor. III, 130; Du Pin III, 17 C/D); De potest. eccl. ib. (Glor. VI, 244; Du Pin II, 251 C).	34	V. supra hn.3.
26	V. supra hn.2.	37/42	Cf. Gerson, De vita spir. animae ib. (Glor. III, 131s; Du Pin III, 19 A).
26/28	Gerson, De vita spir. animae ib. (Glor. III, 131; Du Pin III, 18 C).	C 1/3	Gerson, De vita spir. animae ib. (Glor. III, 130; Du Pin III, 17 C); De potest. eccl. ib. (Glor. VI, 244; Du Pin II, 251 C).
29	V. supra hn.3. - V. supra hn. 26ss.		

Dicitur »revelatum« ad excludendum legem naturalem et humanam, quae non habentur per revelationem immediate a Deo, sed alter, ut dicitur.

Dicitur »pro consecutione felicitatis aeternae« ad excludendum leges politicas etiam a Deo revelatas, ut sunt leges Veteris Testamenti, quae dicuntur iudiciales. Unde »non ideo praesente dicitur lex aliqua divina seu de iure divino appropriatae, quia revelata; tradidit enim Deus plures leges patribus Veteris Testamenti »pro regimine politico et civili«, utputa iudiciales, quae »non immediata et directa intentione ordinant ad finem ultimum et supernaturalem«, et ideo non sunt proprie divinae.

»Pro cuius elucidatione notandum »quod homo, qui subsistit ex duplici substantia, scilicet spirituali et aeterna atque corporali mortali, »duplice« habet finem: unum supernaturalem, alium naturalem, qui humanus dici potest seu politicus vel civilis. Nunc pro consecutione primi finis datae sunt leges proportionatae ad illum finem.« Et illae appropriate dicuntur leges divinae, theologicae sive de iure divino, »quemadmodum non omnes virtutes, sed eas duntaxat, quae immediate ad Deum ordinant, theologicas et divinas nominamus, fidem, spem scilicet et caritatem. Ad consequendum autem alium finem humanum, civilem seu politicum, »leges aliae latae sunt, quandoque a Deo revelante, ut iudicialia Veteris Testamenti, quandoque et »plurimum per humanam investigationem impostae. Illae enim quantumvis ordinantur finaliter ad finem beatitudinis aeternae, sicut ea, quae corporis sunt, et corpus ipsum propter animam factum, eas tamen non dicimus divinas; aliquoquin leges et regulae medicinales si a Deo revelarentur, leges divinae dicerentur. Possunt autem in lege pure divina assignari quattuor gradus.

In primo ponuntur »leges immediate revelatae a Deo pro tota communitate hominum aut principaliori parte, scriptae in Biblia et praesertim in Evangeliiis laetis a Christo ad consecutionem beatitudinis.

»In secundo gradu ponuntur leges divinae, quae ex praecedentibus solis deductur cunctur in consequentia evidenti.«

»In tertio gradu ponuntur leges divinae ex praedictis deductae »per successivam relationem apostolorum et aliorum aequivalentem Scripturae canonicae«, sicut determinationes ecclesiae, quae Spiritu Sancto credunt regi.

»In quarto gradu sunt leges specialiter inspiratae et revelatae quibusdam singulis personis pro se aut pro paucis ad hoc electis.«

21	revelante] revelatae BL	28	Evangeliiis TBL (Gerson)] Evan- golio G
22	et] ut G (cf. Gerson)	35	specialiter TBL (Gerson)] specialiter G
24	factum] add. G: sit		
4	V. supra hn.1.	13/25	Cf. Gerson ib. (Glor. III, 132s; V. infra D 9ss; E 1s.
5	V. supra hn.3.	26/36	Cf. Gerson ib. coroll. 7 (Glor. III, 137s; Du Pin III, 23 B.C.D. - lect. 2 coroll. 2 (Glor. III, 133; Du Pin III, 20 A).
6/12	Cf. Gerson, De vita spir. animae, lect. 2 coroll. 2 (Glor. III, 133; Du Pin III, 20 A).		

(Descriptio legis obligatoriae naturalis)

D »Lex naturalis obligatoria est signum naturaliter habitum, notificationem rectae rationis divinae volentis creaturam rationalem humanam ligari ad aliquid agendum vel non agendum pro consecutione finis sui naturalis, qui est felicitas humana, sive monastica sive oeconomica sive politica. Dicitur autem signum pure naturaliter habitum illud, quod inditum est cuilibet homini non impedito in usu debito rationis. Impeditur autem per corpus, per errores, per vitia multa.

Ex hac descriptione colligitur duplex differentia iuris naturalis a iure divino, scilicet ex modo acquisitionis et ex parte finis.

Lex enim divina acquiritur per revelationem, lex naturalis ex naturali lumine intellectus; quamvis quidquid naturali lumine intelletus acquiritur, idipsum Deus potest immediate revelare, sicut patet in datione praecceptorum, de quibus quaestio, »in utraque lege, veteri et nova.

Sic ex parte finis: Lex divina de proximo ordinat et de per se ad felicitatem aeternam, naturalis vero ad felicitatem humanam huius vitae.

15 In reliquis particulis conveniunt lex naturalis et divina.

(Descriptio legis obligatoriae humanae)

E »Lex humana, quae et opposita praecipue, est signum verum humanae traditione et auctoritate immediate constitutum, notificationem rectae rationis volentis rationalem creaturam ad aliquid agendum vel non agendum propter finem alienum rationi consonum, aeternum vel temporalem, obligare.

5 Et secundum hos duces fines distinguuntur ius humanum sive lex humana in legem canonicam et civilem, quae duntaxat distinguuntur ex parte finis. Nam finis legis canonicae est consecutio felicitatis aeternae, in quo concordat cum divina. Finis legis civilis est felicitas humana monastica, politica vel oeconomica; in quo convenit cum lege naturali.

10 (Corollarium)

Ex illis sequitur quod illa distinctio legis non est per opposita. Nam nihil prohibet eandem legem in specie esse divinam et naturalem, immo et humanam. Potest enim lex aliqua naturaliter noscibilis ordinans ad beatitudinem aeternam a Deo revelari et etham humana constitutione statui. Et talis erit divina, naturalis et humana, quamvis alia et alia ratione, nisi descriptiones praedictae darentur cum exolutione. Haec latius in Gersonae reperies lect. 2 De vita spirituali animae et in De potestate ecclesiasticae consideratione ultima.

D 1	habitu[m] TBL (Gerson) om. G	E 4	temporalem] temporale G
2	humanam G (Gerson) om. TBL	11	illis om. G
13	et om. BL de (2) om. G (Gerson)	16/17	Haec ... ultima om. G
15	lex om. G		

D 1/14 Cf. Gerson, De potest. eccl., consid. 13 (Glor. VI, 244; Du Pin II, 281 D); De vita spir. animae, lect. 2 coroll. 5 (Glor. III, 135; Du Pin II, 21 C - 22 A).

E 1/9 Cf. Gerson, De vita spir. animae consid. 13 (Glor. III, 135; Du Pin II, 21 D; 22 A/B); De potest. eccl. ib. (Glor. VI, 244; Du Pin II, 252 A).

[Notabile 2]

Secundo notandum quod dupliciter aliquid est habitum seu notum naturaliter. F Et secundum hoc dupliciter aliquid dicitur esse de lege naturae.

Primo naturaliter dicuntur nota, quae sunt principia practica nota ex terminis aut conclusionibus sequentes ex eis. Et haec strictissime dicuntur esse de lege naturae.

15 Alio modo dicuntur quaedam naturaliter nota et de lege naturae, quia, licet non sint necessariae nec ex terminis evidentiis nec ex talibus sequuntur in consequentia simpliciter necessaria, sunt tamen multum consona istis.

Haec distinctio potest declarari in exemplo: Nam supposito illo principio: Pacifice vivendum est in communitate, non necessario ex hoc sequitur quod »quilibet debet habere distinctas possessiones. Posset enim stare pax inter viventes, etiam si illis omnia sunt communia, »etiam supposito infirmitate eorum, qui convivunt. Et »tamen possessiones esse distinctas pro personis infirmis valde consonat pacificae conversationi. Infirmi enim magis curant bona sibi propria quam communia, et magis vellent communia eis appropriari quam communitati et custodibus bonae »communitatis; et ita suscitatur »lis et contentio.

[Notabile 3]

Tertio notandum quod dispensare in materia proposita praecceptorum non est G facere, quod stante praeecepto liceat facere contrarium seu »contra praeeceptum; sed dispensare est praeeceptum revocare vel declarare, qualiter debet intelligi. Unde »duplex est dispensatio, scilicet iuris revocatio et iuris declaratio.

10 Exemplum primi est, cum Christus mutavit legem veterem, »quando dedit novam, et hoc quantum ad caeremonialia; »non quidem faciens, quando stante praeecepto de caeremonialibus non essent illa servanda, sed faciens, quod actu illo manente eodem, non tenebatur quis ad illam sicut prius. Sic »etiam dispensat quicumque legislator simpliciter, quando revocat praeeceptum iuris positivae ab eo actu.

15 Exemplum secundi: Ut cum declaratur legislatorem non intendisse, quod in tali casu particulari legem suam voluerit quem obligare. »Leges enim »humanae, quae generaliter feruntur, possunt et debent exceptionem excipere, dum ratio legis deficit, quando videlicet, si legislator adesset vel alius prudens interrogatus, exciperet a generali constitutione casum particularem. Declaratio ergo, quod in tali casu particulari, qui sub generalibus verbis legis comprehenditur, lex non obligat,

F 1	notandum] add. G: post Scotum	G 3	debeat G (Scot.) debet TBL
3	distinctio[n]e praesenti	12	casu] causa L voluerit] noluerit
3	practica TBL (Scot.) om. G	G quae] aliquam BL	
4	esse TBL (Scot.) om. G	18	exceptionem] generationem G
7	multum TBL (cf. Scot.) multa		excipere G* TBL] accipere G (Gerson: recipere)

F 2/4 Cf. Scot. III d.37 n.5 (VII/2, 898).

5/15 Cf. Scot. ib. n.3 (VII/2, 898).

G 1/10 Cf. Scot. ib. n.3 (VII/2, 878s).

12/15 Gerson, De potest. eccl., consid. 10 regula 2 (Glor. VI, 230; Du Pin II, 241 B).

eo quod ratio legis defuit, vocatur dispensatio secundi generis. «Est enim sic accepta dispensatio commensuratio seu distributio boni communis, quale est lex, ad singulos secundum legis intentionem, prout circumstantiarum varietas occurrere». Et haec dispensatio si non fideliter prout dicitur fiat, Bernardus eam appellat non dispensationem, sed dissipationem; intellige quoad Deum et conscientiam, si hoc constiterit aut constare deberet.

[Notabile 4]

H Quarto notandum quod legum Veteris Testamenti quaedam dicuntur iudiciales, quaedam caeremoniales, quaedam morales.

Morales fuerunt praecepta de actibus virtutum, de quorum numero est decalogus. Caeremonialia fuerunt praecepta de actibus exterioribus divini cultus, quibus sollicit homo divinam servitutem profectur, ut sacrificia, vestes sacerdotales, templi introitus. Quae dicuntur 'caeremoniae', ut recitat sanctus *Thomas* prima secundae q. 99 art. 3, quasi munera. «Ceteris, quae dicebantur dea frugum, eo quod primo ex frugibus oblationes Deo offerbantur. Sive, ut *Valerius Maximus* refert, nomen 'caeremoniae' introductum est ad significandum cultum divinum apud Latinos a quodam opido iuxta Roman, quod Caere vocabatur, eo quod Roma capta a Galis illic sacra Romanorum oblata sunt et reverentissime habita. «Inde praecepta legis, quae ad exteriorum Dei cultum pertinent, caeremonialia dicuntur. Et dicitur ad exteriorum cultum, quia actus interioris cultus Dei sunt actus virtutum moralium, sollicit fidei, caritatis et spei.

Iudicialia sunt de actibus particularibus iustitiae observandae inter homines; ut est illud: «Oculum pro oculo, dentem pro dente.»

Haec triplicia praecepta tanguntur Dn. 6, ubi dicitur: «Haec sunt praecepta, caeremoniae atque iudicia.» «Praecepta» antonomastice dicuntur moralia, «caeremoniae» et «iudicia» praecepta de exterioris cultus divini actibus et de iusticialibus retributionibus.

20	Bernardus] Bonaventura TBL	8	oblationes] oblationis T
21	appellat om. TBL dissipationem] add. BL: putat et] add. G: quoad	9 11	est om. G ille] illic G (<i>Thom.</i>) oblata] ablata G (<i>Thom.</i>)
H 6	introitus] add. G: etc.	19	praecepta om. G

17/22	Gerson ib. regula 4 (Glor. VI, 231; Du Pin II, 242 A).	6/12	Thom. ib.
20/21	Cf. Bern. Claraevall., De consideratione III c.4 n.18 (Lectura - Rochais III, 446, 22-28; MPL 182, 769 A/B).	8/11	Cf. Valerius Maximus, Factorum et dierum memorabilium I c.1 §10 (ed. Kempf, 1888, 6-5-11); cit. apud Thom. ib. Ex 21,24; Lev 24,20; Dn 19,21; cf. Mt 5,38.
H 1/2	Cf. Thom., S.Th. I/II q.99 a.4.5 crp.	16	Dn 6.1; cit. apud Thom. ib. a.5 sed c.
3	Cf. Thom. ib. a.2 crp.		
4/5	Cf. Thom. ib. a.3 crp.		

[Notabile 5]

(De numero denario praeceptorum)

Quinto notandum circa numerum et ordinem praeceptorum, licet variis modis assignentur, tamen prosequendo quod planius est aequo factus, dicendum primo quod numerus ille denarius praeceptorum plane in lege notatur, cum dicitur Dn. 10: «Scripturae in tabulis id, quod prius scripserat verba decem, quae locutus est Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est, et dedit eas mihi. Loquitur Moyses de praeceptis decalogi, per decem verba decem inuenis praecepta, quae ex ordine scribuntur Ex. 20.

(De necessitate decem praeceptorum)

De ordine vero praeceptorum et eorum necessitate dicit beatus *Thomas* secunda secundae q. 100 art. 5: «Sicut praecepta legis humanae ordinant hominem ad communiam quandam servandam, ita praecepta legis divinae ordinant hominem ad communiam sive rem publicam sub Deo. Ad hoc autem, quod homo bene converseatur in communitate humana, duo requiruntur, scilicet ut se bene habeat ad eum, qui praestit communitatem, secundum, ut bene se habeat ad alios consocios communitatis. Ita etiam de communitate fidelium sub Deo necesse est, ut fideles bene se habeant ad Deum, qui tamquam rex, dominus et princeps praestit illi communitatem, immo toti creaturarum universitati. Similiter necesse est, ut bene se habeant ad proximos tamquam contribules eiusdem communitatis et constitutos unius principis. Et quantum ad utrumque congruum est hominem legibus et praeceptis ordinari, nedum tabulis cordibus impressis, sed etiam verbo et scriptis promulgatis; maxime post lapsam, quia adeo vulnerata sunt hominis naturalia et dominantis concupiscentia obfuscata, ut in conclusionibus legis naturalis saepe erret et iudicet iusta, quae sunt iniqua, et iniqua, quae sunt iusta.

Et licet in praeceptis caritatis omnia includuntur sufficienter, quibus homo bene se habet ad Deum et proximum, quia tamen in particularibus multae varietates et circumstantiae occurrunt, in quibus tardiores ingenio errare contingit, ideo congruum fuit haec duo praecepta claris explicare quantum communitas capere sufficit, subtiliora, quae difficultatem habent, prudentioribus committendo, ad quos in singulis recursum habere simplices potuissent. Ideoque decalogum Dominus scripsit, quo dicta duo praecepta particulariter explicavit. Unde tota lex nihil aliud est quam horum duorum praeceptorum explicatio. Nam in eis pendet lex et prophetae, Mt. 22, et omnis praecepta est caritas, I Tim. I.

I 3	ille] add. G: fuit	18	habent] habeat T
5	est (2) om. G	22	dominante] damnate BL
11	quandam om. G	24	Et om. I

I 1/2	Cf. Bonav. III d.37 a.2 q.1.2; Thom. III d.37 a.2 q.1.2.3; S.Th. I/II q.100 a.5.6.	10/16	Cf. Thom., S.Th. I/II q.100 a.5 crp.
4/6	Dn 10.4; cit. apud Thom., S.Th. ib. a.5 ad 1.	31	Mt 22,40; cit. apud Thom. ib. q.99 a.1 ad 2.
7	Ex 20,3-17.	32	I Tim. 1.5; cit. apud Thom. ib.

(De distinctione decem praeceptorum)

K Horum ergo decem tria explicant praeceptum de dilectione Dei, reliqua septem dilectionem proximi. Propter quod secundum beatum *Augustinum*, *Isidorum* et *Magistrum* prima tria scripta fiere in prima tabula, reliqua septem in secunda.

Quorum distinctio et ordo sic accipi potest:

5 Priora sunt tria prima, quae ordinant hominem ad Deum, secundum tria, quae subditus domino suo debet: haec sunt: fidelitas, reverentia, famulatus.

Fidelitas ad Deum in eo consistit, ut principatus ad alium non deferatur. Et de hoc datur primum praeceptum de non habendo deos alienos.

Reverentia requirit, ut nihil inhumane in eum committatur. Et quantum ad hoc datur secundum praeceptum de non sumendo nomen Domini in vanum.

10 Famulatus autem debetur domino suo in compensatione »beneficiorum, quae ab ipso percipiunt subdita. Et quantum ad hoc datur tertium praeceptum de sab-
bati sanctificatione in memoriam creationis rerum«, reparacionis hominum et cetero-
rum Dei beneficiorum praeteritorum, praesentium et futurorum.

15 Vel, ut beatus *Augustinus* dicit: Primo praecepto praecipitur revereri primum prin-
cipii unitatem, secundo eius veritatem, tertio eius bonitatem, quarta sanctificamur
et in qua quiescimus quasi in fine.

Et secundum haec ad primum praeceptum reducuntur omnia, quae prohibent
ea, quae serviunt idolatriae, ut sunt filiorum seu filiarum per ignem illustratio, hario-
20 lorum, anguriorum scissatio, somniorum, temporum, signorum observatio, male-
ficorum, daemonum, incantationum consultatio, pythionum divinorum et mortuo-
rum interrogatio.

Ad secundum reducuntur blasphemiae et falsae doctrinae, peierationes dolosae
et fidei fractiones.

25 Ad tertium omnia praecepta caeremonialia et quidquid ad exteriorem pertinet
cultum Dei, omnimque servilium operum prohibitiones et maxime peccatorum,
quae mentis quietem impediunt a vacando Deo.

Praecepta septem sequentia secundae tabulae ordinant hominem ad proxi-
mum.

30 Sunt autem quidam proximi, a quibus specialia beneficia recepimus, quibus spe-
cialiter ad gratitudinem ac recompensationem obligamur. Inter quos praecipui

K 5	Priora Perro TBL secundum]	20/21	maleficorum] maleficiorum TB
	sed TB	23	peierationes] peiorationes T
20	scissatio] suscitatio TB	24	fractiones] fractionis [sic] T

K 2/3	Cf. Aug., Quaest. in Heptateu- chum II q.71 n.1 (OChr 33, 102s; MPL 34, 620s); Serm. 9 c.5 n.6; c.6 n.7 (MPL 38, 79.82); Isidor., Quaest. in Exodum, c.29 n.1,18 (MPL 88, 301s); Lomb. III d.37 c.1 n.255 (MPL 192, 830s). 6/13 Cf. Thom., S.Th. I/II q.100 a.5 cp.	8	Cf. Ex 20,3; cit. apud Thom. ib. 10 Cf. Ex 20,7; cit. apud Thom. ib. 15/17 Cf. Aug., Enarr. in Ps.32, enarr.2 serm.1 n.6 (OChr 38, 252,17s; MPL 36, 281); cit. apud Thom. ib. 28/47 Cf. Thom., S.Th. I/II q.100 a.5 cp.
-------	---	---	--

sunt parentes. Et quantum ad hoc datur praeceptum quartum de honore paren-
tum. Sub parentibus vero intelliguntur reductive omnes benefactores, corporales
et spirituales.

Generaliter autem ad omnes proximos homo se habere debet, ut nulli noceat,
neque opere neque ore neque corde. — Contingit autem opere tripliciter nocere
proximo, scilicet vel in persona propria, ipsum occidendo aut membris truncando
aut laedendo; contra quod datur quintum praeceptum: »Non occidas.« Vel in per-
sona coniuncta, praesertim quantum ad proles procreacionem; et quantum ad hoc
datur sextum praeceptum: »Non moechaberis.« Nam turpitudinis commissio cum pro-
ximi uxore, filia vel sorore redundat in iniuriam mariti, patris vel fratris. Vel in
bonis fortunae in rebus exterioribus possessis; de quo datur praeceptum septimum:
»Non furtum facies«, quo prohibetur omnis iniusta contractatio, usurpatio, occupa-
tio aut detentio rei alienae. — Noceuntur denique, quod ore proximo inferri potest
per detractionem aut falsum testimonium, prohibetur octavo praecepto: »Non
loquaris contra proximum tuum falsum testimonium.« — Noceuntur cordis fit
per illicitam concupiscentiam, quae secundum beatum *Lohansenem* in prima sua
canonica cap. 2 duplex est, scilicet »concupiscentia carnis«, quae prohibetur nono
praecepto: »Non concupisces uxorem proximi tui«, et »concupiscentia oculorum«,
quae decimo et ultimo praecepto prohibetur: »Non concupisces rem alienam, non
domum, non servum, non ancillam« etc.

(De ordine decem praeceptorum)

Ex hac plana praeceptorum distinctione, quae et memoriae servit et intellectui
simpliciori, patet pulcher ordo eorundem. Nam priora sunt, quae ad Deum ordinant;
posteriora, quae ordinant ad proximum.

Et eorum, quae ad Deum ordinant, patet ordo ex dietis, qui attenditur penes
magis et minus debita Deo et eorum opposita secundum quod sunt magis vel minus
indebita.

In septem secundae tabulae patet ordo: Nam primum horum est affirmativum
de beneficiando specialibus proximis; reliqua sex sunt negativa, prohibentia no-
cumenta generaliter omnibus proximis inferenda secundum magis et minus, ita
quod maiora nocumenta prohibentur prioribus, minora praeceptis posterioribus.
Siquidem omnibus obligamur, ne noceamus. Et quia minus est nocumentum operis
proximo quam oris et manus oris quam cordis, et inter ea, quae opere inferuntur,
minus est quod inferitur in re magis dilecta, hoc est in propria persona (nam ordinata
dilectione quilibet magis diligit se quam proximum et proximum coniunctum
magis quam res exteriore), ideo inter ultima sex praecepta primo prohibetur manus

41	in (1) om. T	50	praecepto om. G
43/44	usurpatio ... detentio om. G	62	praeceptis] praecepta TBL
32/33	Cf. Ex 20,12; alleg. apud Thom. ib.	45/46	Ex 20,16; cit. apud Thom. ib. 48 Ioh 2,16.
38	Ex 20,13; cit. apud Thom. ib.	49	Dca 5,21; cf. Ex 20,17. — Ioh 2, 16.
40	Ex 20,14; cit. apud Thom. ib.	50/51	Cf. Ex 20,17; Dca 5,21.
43	Ex 20,15; cit. apud Thom. ib.		

documentum proximi, scilicet operis in persona proximi propria, sequenti prohibetur documentum operis proximi in persona coniuncta; et sic consequenter secundum ordinem maiorum proximo inferibitum.

Hæc de articulo primo.

[*Articulus 2*]

[*Conclusio 1*]

L Quantum ad articulum secundum est conclusio prima secundum mentem *Scotti*: Non omnia decalogi præcepta sunt de lege naturæ stricte accepta.

Probatur: Quia non omnia illa præcepta sunt principia practica ex terminis evidentia aut conclusiones ex illis in consequentia necessaria illatae; ergo non sunt de lege naturæ stricte. Consequentia nota per quid nominis legis naturalis stricte acceptæ. Antecedens patet ex sequentibus duabus conclusionibus.

[*Conclusio 2*]

Secunda conclusio: Duo præcepta negativa primæ tabulæ sunt de lege naturæ, accipiendo legem naturæ proprie.

10 Probatur conclusio de his duobus, quatenus sunt negativa, primo: «Non habebis deos alienos», et secundo: «Non assumes nomen Dei tui in vanum», hoc est: «Non facies Deo irreverentiam. Nam illa sunt principia practica ex terminis evidentia aut conclusiones ex eis necessario consequentes; ergo. — Consequentia nota.

Antecedens probatur: Nam supposito quod sit naturaliter notum unum tantum esse Deum, ut probat *Philosophus* XIII *Metaphysicæ*, sequitur formaliter aliquid non esse habendum. Sequitur enim formaliter: Nihil quod non est Deus, pro Deo est colendum seu habendum; alienus deus non est Deus; igitur alienus deus pro Deo non est habendus. Præmissæ sunt naturaliter, immo ex terminis notæ, et sunt practicae; ergo et conclusio nota et necessaria et per consequens de lege naturæ.

Sic et secundum præceptum sequitur ex principis per se notis, sic arguendo: Summe reverendo non est irreverentia facienda; Deus est summe reverendus, quia summe bonus; ideo ei non est irreverentia facienda.

[*Conclusio 3*]

M Tertia conclusio: Secundæ tabulæ præcepta tam affirmativa quam negativa sunt de lege naturæ non stricte, sed large accepta.

Quod non stricte, probatur: Quia eorum, quæ ibi præcepta sunt aut prohibita, non sunt principia practica simpliciter necessaria, nec conclusiones simpliciter necessariae. Non enim est necessaria bonitas in his, quæ ibi præcipiuntur; ad boni-

L 2 Cf. *Scott* III d.37 n.5-7-8 in fine

(VII/2, 898, 899).

5/6 V. supra F.

6 V. infra L 8s; M 1s.

8/13 Cf. *Scott* ib. n.6 (VII/2, 898).

10/11 Ex 20,3; cit. apud *Scott* ib.

11 Ex 20,7; cit. apud *Scott* ib.

14/15 Cf. *Artic.*, *Metaph.* XII c.6-8

t.29-48 (1071b - 1073a), *Impri-*

mis c.8 t.43 (1073a 22-28).

16/18 Cf. *Scott* ib.

M 1/11 Cf. *Scott* ib. n.6 (VII/2, 898).

tatem finis ultimi, nec in his, quæ prohibentur, malitia necessario advertens a fine ultimo. « Quia si illud bonum non esset præceptum, et hoc malum non prohibitum, advertens cum illo acquisitio finis ultimi; ergo non sunt de lege naturæ stricte. — Tenet consequentia, quia in his, quæ lege naturæ sunt præcepta vel prohibita, est bonitas necessaria ad finem ultimum convertens aut malitia necessario a fine ultimo advertens; alioquin principia practica illarum legum non essent ex se simpliciter necessaria. — Antecedens patet, quia circumscripta lege, et parentum contemptor et proximi occisor, fur et moechus etc. possunt ad finem ultimum converti. Ex eo enim, quod Deus non est irreverendus, neque quod falsus deus pro Deo colendus, non sequuntur opposita prohibitorum illis præceptis aut aliis prioribus principis, nec ea, quæ sunt præcepta, ut satis patet.

Quod vero sint de lege naturæ, communiter accipiendo, patet, quia multum consona sunt illi legi, licet non sequantur ex primis principis practicis, quæ nota sunt ex terminis omni intellectu et necessaria. Primum enim de honore parentum multum consonat huic principio: Benefactori sunt beneficia rependenda. Cetera negativa consona sunt huic: Non est proximus iniuste damnificandus.

[*Conclusio 4*]

Quarta conclusio: Legis naturalis stricte præcepta non sunt primo modo nec secundo dispensabilia.

Patet, quia illa fundantur in primis principis evidentibus et necessariis, quæ quia necessaria, mutari non possunt, quia evidentia sunt, declaratione non indigent; ergo neutro modo sunt dispensabilia.

Victor tamen non improbabile quod lex naturalis quantum ad remotiores conclusiones recipiat dispensationem secundo modo, hoc est declarationem, an talis casus occurrat sub tali præcepto secundum intentionem legislatoris continentur, quia errores aliquando in formis consequentiarum contingunt, ut videatur sequi conclusio ex principis per se notis, ex quibus tamen propter aliquem defectum non sequitur. Sic quandoque in materia peccatorum, dum falsum apparet verum subsumitur aut quod particulariter verum est universaliter accipitur. Et horum declaratio quaedam dispensationis species est.

[*Conclusio 5*]

Quinta conclusio: Quamvis legislator Deus circa observantiam præceptorum secundæ tabulæ simpliciter dispensare posset per præcepta relaxationem, non tamen sic dispensat de facto propter magnam eorum cum lege naturæ proprie proximam.

Primum patet, quia, ut dictum est, cum non sint de lege naturæ stricte, non

M 7 bonum G (cf. *Scott*, J) unum TBL

8 skaret BL (*Scott*, J) skarent T

13 possunt] possent G

26 possunt] add. G supra lineam: et

17/19 Cf. *Scott* ib. n.8 (VII/2, 898).

23/24 Cf. supra G.

29/30 V. supra G 11ss.

N 5 V. supra M 1s.

possunt deduci formaliter ex principis necessariis in consequentiâ formali et simpliciter necessaria: ergo illa posse mutari a Deo negandum non est, cum nullam implicet contradictionem. Unde negandum non est, quin Deus præcipere possit aliquid occidere innocentem, cum plenum habeat dominium et potestatem occidendi et vivificandi. In quo casu revocare præceptum de homicidio quantum ad illum, cui oppositum eius præcipere. Sic enim legitur præcepisse Abraham, ut occideret Isaac filium suum, Gen. 22. Sic Osee mandavit, ut acciperet fornicariam et faceret filios fornicationis, Os. 1; quamvis secundum doctores non præcepit Osee fornicari, sed contrahere matrimonium cum fornicatrice, post contractum tamen continentem; licet etiam ad litteram hæc præcipere potuisset, cum non sit magis legi naturæ dissonum fornicari quam occidere innocentem.

Quod si diceres: Licet præcepit Abraham sacrificare filium suum ad probandum eius obedientiam, non tamen revocavit præceptum, neque voluit, ut occideret filium suum, sicut patet, quia volentem occidere prohibuit.

Contra: Aut Abraham credidit Deum posse præcipere filii immolationem aut non. Si non, ergo volendo occidere filium peccavit, quia contra legem naturæ indispensablem facere voluit. Consequens falsum, quia in hac voluntate multum a Deo commendatus est. Si credidit, aut erravit aut non. Si non, habetur propositum, quod credendo Deum revocare potuisse præceptum non erravit. Ergo verum fuit Deum posse revocare præceptum; quod est propositum. Nec potest dici quod erravit tantum patriarcha in eo, in quo tantum meruit et alloquio Domini instructus fuit.

Præterea: Saniunt doctores de Samson, quod instinctu Spiritus Sancti ac familiari eius consilio seipsum cum allophyis interemit; ergo revocatum est quantum ad eum præceptum: «Non occides».

Secunda pars conclusionis patet, quia ceteris caeremonialibus ac iudicialibus cessantibus, Dominus præcepta decalogi in Evangelio confirmavit. Et isto modo loquitur canon dist. VI § His itaque, ubi dicitur: «Moralia mandata ad naturale ius pertinent, et ideo nullam mutabilitatem recepisse monstrantur.» Et sequitur: «Naturale ius ab exordio rationalis creaturæ incipiens manet immobile.» Immobile de facto, licet non de possibili, accipiendum naturale ius ut extendit se ad omnia moralia.

11	Sic] Si T ¹ Abrahæ om. G	28	instinctu] instructu TB
13] 10 TB	29	interem] intermit T
19	suum om. G	30	eum] Deum G
25	Deum] de non TB est] add.	33	mandata GL (RF)] manifesta TB

11/12 Cf. Gen 22, 2; cf. Thom., S. Th.

I/II q. 100 a. 8 ad 3.

12/13 Cf. Os 1, 2; cf. Thom. ib.

19 Cf. Gen 22, 11a.

22/23 Cf. Gen 22, 16-18.

29 Cf. Idc 16, 29s.

30 Ex 20, 13.

32 Cf. Mt 5, 21ss.

33/35 c. 3 D. VI (RF I, 11).

[Conclusio 6]

Sexta conclusio: Omnia cetera præcepta ad decalogum reduuntur, tam divina quam humana, vel ut principia vel ut conclusiones vel ut eis rationabiliter consona.

Probat: Quia generaliora præcepta, ut sunt illa duo de dilectione Dei et proximi, sunt tamquam radices et principia, ad quæ ordinatur decalogus; quia primæ tabulæ præcepta ordinantur ad dilectionem Dei, ex qua velut conclusiones sequuntur, et secundæ tabulæ ad dilectionem proximi ordinantur et ex huius præcepto tamquam conclusiones dependent. Cetera vero præcepta quantumcumque multiplicia sunt, quia tamen rationabilia (aliquin non merentur dici præcepta), illis sunt consona et ex eisdem principis dilectionis derivata, secundum illud *4 postea*: «Qui proximum diligit, legem implevit», ad Rom. 13, et illud Salvatoris Mt. 22: «In his duobus præceptis pendet tota lex et prophætæ.»

[Articulus 3]

[Dubium 1]

Quantum ad articulum tertium est primum dubium: «Utrum præcepta decalogi obligent hominem sed opera formata», hoc est: Utrum obligent, ut eis obtemperetur ex caritate.

Et arguitur quod sic, quia præcepta obligant, ut eis obtemperetur ad mentem et intentionem præcipientis; sed intentio Dei præcipientis est, ut per horum observantiam homo ordinetur ad finem ultimum super omnia diligendum, secundum illud: «Finiis præcepti caritas», ac ut perveniat ad beatitudinem æternam; igitur ex caritate sunt observanda. — Tenet consequentia, quia, nisi ex caritate serventur, non potest per eorum observantiam quis ad regnum pervenire nec Dominum super omnia diligere. — Maior probatur per illud *Gregori* XXVI Moralium: «Non debet quis considerare verba, sed voluntatem et intentionem; quia non debet intentione verbis deservire, sed verba intentioni.» Sicut et Deus plus respicit intentionem et voluntatem quam actus, ut habetur XV q. 6 Si sacerdotibus. — Minor est manifesta, quia ad hoc data sunt homini præcepta, ut per ea perveniat ad regnum, ut habetur Eccli. 15: «Adhæcit præcepta et mandata; si volueris ea conservare, conservabunt te.» Sequitur: «Ante hominem vita et mors, bonum et malum; quod placuerit, dabitur illi.»

In oppositum arguitur: Quia sic sequitur quod, si quis patrem honoraret ex

O 3/5	et ... Dei om. G (homocitel.)	10	Major] Minor L
8	tamen] tum T	13	sacerdotibus] sacerdotas GT;
10/11	præceptis om. G		sacerdos B Minor] Major L
P 2	hominem] homines G	18	Quia] add. G: si sequitur] sequetur G
9	eorum] earum GTB		
O 1/11	Cf. Scot. III d. 37 n. 9 (VII/2, 906s).	10/12	c. 11 C. XXII q. 5 (RF I, 885); cf. Greg. I, Moral. XXXVI c. 10 n. 15 (MPL 76, 357).
9/10	Rom. 13, 8; cit. apud Scot. ib.	12/13	c. 1 C. XV q. 6 (RF I, 755).
10/11	Mt 22, 40; cit. apud Scot. ib.	15/17	Eccli 15, 15s-18.
P 1/2	Cf. Bonav. III d. 37 a. 1 q. 2.	18/19	Cf. Bonav. III d. 37 a. 1 q. 2 sed c. arg. c.
4/5	Cf. Bonav. ib. arg. 4.		
7	1Thm 1, 5.		

sola pietate naturali, esset praecepti transgressor, immo agens bene moraliter ipso actu virtutis peccaret mortaliter, supposito quod non haberet caritatem.

Ad dubium hoc respondetur per hanc propositionem: Decalogus non obligat hominem ad observantiam eius in caritate simpliciter, sed bene ad observantiam formatam asstringit conditionaliter.

Prima pars probatur: Quia, si obligarent ad observandum ea ex caritate, ergo quicumque non habens caritatem, immo et habens caritatem, beneficiens patri propter honestum finem, etiam quem dicitur recta ratio, aut pasceus pauperem fame mortuum aut qui non furaretur, non moecharetur propter dictamen rationis rectae finem honestum praesistentis, non tamen ultimum, esset transgressor et peccaret mortaliter; quod est absurdum, quia ita praecepta magis essent homini in laqueum et in interitum quam via ad regnum. Et quia negativa obligant pro semper et ad semper, sequitur quod non habens caritatem per singula momenta peccaret mortaliter non occidendo, non furando, non moechando etc., quia omni momento tenetur non furari etc.; et si teneretur ex caritate non furari, in quolibet momento non habens caritatem esset transgressor praecepti.

Secunda pars probatur: Quia cum illa conditione, quam exprimit Salvator Mt. 19: «Si vis ad vitam ingredi, serva mandata», hoc est: Si quis voluerit ingredi ad vitam aeternam, necesse est, ut servet mandata ex caritate, quia necesse est, ut servet mandata meritorie et per consequens ex caritate. Posita ergo illa conditione, si vult ingredi vitam, necesse est, ut mandata ex caritate servet; ita quod si servat, et non ex caritate, non quidem peccat, tamen per istam observantiam non meretur ingressum regni.

Unde ad praecepta potest quis se habere tripliciter: Aut non servando simpliciter, scilicet negligendo actum praeceptum pro tempore, quo praeceptus est, quoad affirmativa, aut oppositum faciendo quantum ad negativa; secundo modo observando quidem ad litteram, hoc est actum praeceptum exerceo et prohibendum omittendo, non tamen ex caritate; tertio modo utrumque implendo propter Deum finaliter ex caritate. Primus transgressor est et peccat mortaliter. Tertius meretur vitam aeternam. Secundus neque meretur neque peccat, nisi forte in eo tempore, in quo tenetur mereri, ut in die dominico, quo tenetur actualiter elicere dilectionem Dei super omnia, aut dum tenetur se praeparare ad sacramenti susceptionem. Haec est sententia sancti Bonaventurae distinctione praesenti q. 2 et aliorum plurimorum doctorum.

Per hoc ad rationem in principio dubii adductam, cum arguitur: Tenetur ser-

19	sola om. G	39	vitam ... servet] tunc tenetur
24	obligantem] obligaret BL		servare mandata ex caritate G
26	recta om. BL	40	quidem] quidam T
29	ita] ista TBL	45	quidem] quidam G
33	etc. ... furari (2) om. TBL (no- mototel.)	49	in (1) om. G
		51	est om. G

21/23 Cf. Bonav. ib. resp.
24/34 Cf. Scot. II d.28 n.3 (VI/2, 912).
35/38 Cf. Bonav. ib. resp.

38 Mt 19,17; alleg. apud Bonav. ib.
53/54 V. supra lln.4s.

vare praecepta ad mentem et intentionem praeipientis: Dicitur quod duplex est intentio praeipientis. Una, quae intendit finem, propter quem praeceptum dedit. Alia est intentio, secundum quam subditos obligare intendit. Nunc ergo tenetur subditus servare praeceptum superioris secundum intentionem secundam, non secundam primam. Exempli causa: Aliquis princeps volens invadere aliquem, praecipit subditis fideliter munire castrum; subditi munientes castrum fideliter, satisfaciunt intentioni principis, secundum quam voluit eos obligare, licet non propter finem, quae princeps intendit, etiam si eum nosset. Et sic in proposito: Licet Deus dando praecepta intendat vitam aeternam fideliter observantibus triuendam, non tamen intendit homines ad illud intendendum in observantibus praecepti obligare, ita quod nisi intendere eundem finem, damnationem mererentur. Voluit tamen, si hunc finem non intendere, nihil per observantiam mererentur.

Per haec patet solutio auctoritatum, quod quantum ad praecepta verba obligatoria debent servare illi intentioni, secundum quam vult obligari etc.

[Dubium 2]

Secundo dubitatur de praeceptis affirmativis primae tabulae. Nam primum praeceptum prohibendo idolatriam, etiam praecipit latrari Deo vero exhiberi, quae consistit in actibus fidei, spei et caritatis, ut dictum est supra dist. 9 huius tertii. Tempus vero huius cultus impediendi Deo exprimit tertium praeceptum: Sabbata sanctifices. Et de hoc nihil dictum est in conclusionibus. Est ergo dubium, an praecepta primae tabulae sint de lege naturae strictae quantum ad id, quod affirmant, id est praecipiant.

Respondetur quod *Doctor subtilis*, quem in hac quaestione sequor, tria recolligendo dicit. Primo negat praecepta secundae tabulae esse de lege naturae strictae. Secundo concedit quod duo prima praecepta primae tabulae quantum ad partem negativam sunt de iure naturali stricte. Tertio dubitavit de parte affirmativa eorundem, et hinc inde allegando in dubio reliquit. Quarto de omnibus concessit quod sunt de iure naturali laege. Ubi autem tantus doctor dubitavit, non est mea quicquam determinare, praesertim cum ad manum habere non possim aliorum scripta doctorum hanc materiam ventilantia. Magis ergo placeat, confitendo propriam ignorantiam, silere quam impudenter propria ingerere.

[Dubium 3]

Tertio dubitatur: Utrum decalogus pro omni statu hominem ad sui observantiam obligavit.

55	qua] quae BL	Q 8	tria dei G, add. in marg.: quat- tuor
64	mererentur] merentur GT	10	prima om. TBL
65	mererentur] merentur TB		

66/67 V. supra lln.10-12.
Q 2/3 Cf. Biel III d.9 A 16ss.
4/5 Cf. Ex 20,8.

9/13 Cf. Scot. III d.37 n.8 in fine
(VII/2, 899).
12 Cf. Scot. ib. n.7 (VII/2, 899).

Respondetur quod illa decem praecepta in omni statu observari debuerunt.

»In beatitudine quidem« est »summa horum observatio«, et affirmativorum et negativorum, nisi forte illius solutio: Honora parentes. »Non qui tunc est voluntas honorandi, sed tunc non est »necessitas impendendi actum, sed non prout ille extenditur ad sustentationem necessariorum, quia nullus ibi indigebit auxilio.

In statu etiam innocentiæ ete in statu naturæ lapsæ ante legem scriptam tenebantur omnes ad illa praecepta, quæ verant scripta interioris in corde »cuiuslibet, vel forte per aliquam doctrinam exteriorem datam a Deo descendunt a patribus ad filios, licet tunc scripta non essent in libris. »Nec oportuit, quia poterant tunc faciliter memorari ac in memoria teneri. Fuit enim populus istus ætatis »longioris vitæ et melioris dispositionis in naturalibus quam populus temporis posterioris; quo tempore infirmitas populi requirebat legem dari et scribi.

[Dubium 4]

S Quarto dubitatur: Utrum Dominus cum filius Israel dispensavit super praecepto septimo: »Non furtum facies«, dum praecepit, ut spoliarent Aegyptum.

Respondetur quod non, quia spoliando Aegyptios non sunt transgressi illud praeceptum septimum, quia non rapuerunt alienum:

»Tunc quia Deus erat superior et verus »dominus omnium honorum Aegypti et totius universitatis, et ita »potuit transferre dominium in filios Israel, »etiam in vitis dominis inferioribus«, scilicet Aegyptiis. Hoc etiam modo »non peccavit Christus licentians daemones, ut intrarent in porcos, qui statim praeceptati sunt in mari«, Mt. 8.

»Tunc quia filii Israel serviendo Aegyptiis tanta meruerunt recipere pro mercede; et licet Aegyptii tanquam iniusti noluerunt ea reddere, tamen »per iudicem superiorum poterant compelli«. Et ita licite acceperunt. Si tamen aliqui Israelitarum sinistram habuissent intentionem, a peccato non excusabantur.

Et tantum de illa quaestione.

R 4	summa [Scot.] summe GTBL	13	excusabantur] excusati fuissent
8	et ... scriptam add. G in marg.		I; add. G: etc.
12	in om. GBL	14	Et ... quaestione om. G
S 9	Mt. 8 add. G in marg.		
R 3/14	Cf. Scot. ib. n. 14 ad 3 (VII/2, 910s).	S 2	Ex 20, 15. - Cf. Ex 11, 2: 12, 35s.
5	Cf. Ex 20, 12.	8	3/12 Cf. Scot. ib. n. 15 (VII/2, 911).
			Cf. Mt 8, 31s.

DISTINCTIO TRICESIMA OCTAVA

(Summarium Textus)

Præcedenti distinctione *Magister* egit de octo primis praeceptis generaliter. Consequenter aliquis difficultates tractat circa septimum praeceptum specialiter. Et quoniam falsum testimonium dupliciter perhiberi potest, quandoque simpliciter mendacio, quandoque etiam addito peritio, ideo primum agit de mendacio, distinctione præsentis 38, secundo de peritio, dist. 39.

Sententiæ vero huius distinctionis in tribus conclusionibus abbreviatur, quæ sequuntur.

Prima: Tribus mendaciorum generibus: officioso, iocoso et pernicioso, in octo species subdivisis existentibus, prima duo imperfectis sunt venialia, perfectis vero omnia, et omnibus perniciosa sunt mortalia.

Secunda conclusio: Differunt mentiri et mendacium dicere, quia absque falsitate primum, secundum vero nequaquam potest existere.

Tertia: Error a mendacio distinguitur; qui aliquando cum peccato, quandoque sine, immo cum errantis bono invenitur. Ultimum verum est in via pedum, non morum, dicit *Magister* ex *Augustino* in *Enchiridion* cap. 16.

QUAESTIO UNICA

Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum mendacium in vitis perfectis culpa sit mortalis

Post notabilia terminorum declarativa et responsivas conclusiones sequentur pro articulo tertio dubiorum solutiones.

[Articulus 1]

[Notabile 1] Quantum ad primum notandum secundum beatum *Bonaventuram* post *Alexandrum* II q. 139 m. 1, quod duplex esse potest veritas sermonis et similiter duplex falsitas, secundum quod sermo potest referri ad rem significatam vel ad intentionem proferentis.

2	septimum dicit G et emendat in octavum	14	verum [G] vero G*BL
11	conclusio om. G	15	ex ... cap. 16 om. G
8/10	Cf. Lomb. III d. 38 c. 1 n. 272-274 (MPL 192, 833).	14/15	Cf. Aug., <i>Enchiridion</i> , c. 17 n. 5 (Cohr 46, 57, 31; MPL 40, 239);
11/12	Cf. Lomb. ib. c. 2.3 n. 275s. 278s (MPL 192, 833s).	4	8/17 Cf. Bonav. III d. 38 a. un. q. 1 resp.; Alex. II q. 123 m. 1 n. 399 (III, 402).
13/14	Cf. Lomb. ib. c. 4 n. 280 (MPL 192, 834s).		